LIBER DIVRNVS

ROMANORVM PONTIFICVM

EX VNICO CODICE VATICANO

DENVO EDIDIT

TH. E. AB SICKEL.

CONSILIO ET IMPENSIS ACADEMIAE LITTERARVM
CAESAREAE VINDOBONENSIS.

VINDOBONAE
APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM
MDCCCLXXXIX.

PRAEFATIO.

PRAEFATIO.

Liber Romanorum pontificum qui adpellatur Diurnus, quo praeter alias paucas formulas eae potissimum continentur quibus per aliquot saecula summi pontifices utebantur, etsi aliquotiens in lucem prodiit, tamen nec recte editus nec prout dignus erat divulgatus est. Neque id mirum.

Nam ad nostram usque aetatem aditus ad codicem qui solus superest et hodie in archivo Vaticano adservatur, perdifficilis erat. Contigit quidem VV. DD. Daremberg et Renan ut a. 1849 librum hunc executerent et cum editionibus antiquis conferrent, ita ut V. CC. E. de Rozière se lectionibus ab illis collectis sibique concessis textum genuinum restituere posse ratus novam Diurni editionem curandam susciperet; sed cum hic vir omni in re religiosissimus fidei nonnullarum lectionum quae ei erant oblatae, diffisus codicem Vaticanum ipse inspecturus esset, id ne faceret impeditus est. Quod quamvis molestum ei accidisset, opus tamen propositum impigre ac laudabiliter perfecit, aliis relinquens ut, si ad illum codicem admissi essent, editionem sua meliorem pararent.

Per plures deinde annos codex ille pretiosissimus e conspectu hominum remotus mansit, donec Leo XIII. P. M. historiae studiis consulens tabularii Vaticani arcana a. 1880 reclusit.

Summo igitur Pontifici Leoni XIII. laudes ago gratas gratesque reverentissimas, quod Sanctitas Eius cum doctis omnibus archivum Vaticanum aperuit, tum inprimis mihi Diurni codicem utendum benigne concedens novam nunc editionem adornandi facultatem fecit.

Iam ante me b. m. G. Diekamp Monasteriensis has Diurni formulas aliasque res ad cancellariam pontificum spectantes publicare in animo habuerat, quem ad finem mense octobri anni 1885 Romam se contulit; sed duobus mensibus post praematura ibi morte abreptus est. Codicem quidem Vaticanum iam excusserat, sed non ea diligentia quae in re tam difficili desideratur, nec eo acumine quo antea, cum corpore animoque sanus erat, opera sua perficere solebat.

Qui vir optimus mihique coniunctissimus cum obiisset, me Romae tunc commorantem amici eius rogarunt, ut opus quod imperfectum reliquerat susciperem. Diu recusavi, sed tamen curavi ut sodales Instituti Austriaci historiae indagandae Dr. V. Skodlar et Dr. M. Faber codicem iterum cum editionibus conferrent, ut qui ad Diurnum edendum adgressurus esset, certo fundamento niti posset. Sed nemo inveniebatur qui hoc munus subire vellet.

Itaque adhortante etiam Academia litterarum Vindobonensi, ad quam in patriam reversus hac de re retuleram, ipse tandem munus edendi suscepi. Iterum Romam profectus maiorem libri manu scripti partem contuli; ultima tantum folia, cum ego temporis angustiis coactus rem perficere non possem, V. D. Donabaum, eo tempore Instituti Austriaci sodalis, rationem a me praescriptam secutus excussit. Qui cum etiam editionem Holstenianam, cuius exemplaria Romae exstant, ad meum usum conferret, his aliisque permultis quae libentissime praestitit officiis, me sibi gratum devinxit. Ubi vero necessitas rei exegit, etiam P. H. Denifle O. P. vir subtilissimi iudicii consilio suo mihi adfuit; huic quoque et universo collegio eorum qui tabularium Vaticanum administrant, debitam refero gratiam.

Cum sic rei criticae quam religiosissime rationem habuerim, sperare iam licet futurum esse, ut haec editio ceteris fide dignior videatur et viris doctis eo acceptior sit quod Rozière editio in dies magis rarescat. Nec tamen silentio praetermittam Rozière merita summa esse in inlustranda hac formularum sylloge. Nam in praefatione quam editioni suae praemisit, tam dilucide quam diligenter egit de origine et indole Diurni, de ratione qua hic liber curiae pontificum ad undecimum usque saeculum usui fuerat, de fortunae vicissitudinibus quas deinde libri et scripti et impressi experti sunt. Eidem primam notitiam eorum quae Baluzius ad novam editionem

curandam iam collegerat et praeparaverat, nec non Garnerii Defensionis Libri diurni adversus obiectiones Fr. Marchesii congregationis Oratorii Romani debemus. Postremo clariore luce Diurnum aspersit Garnerii praefatione eiusdemque et Zaccariae dissertationibus typis denuo exscriptis.

Ad ea igitur quae Rozière de libris manu scriptis, de editionibus et Holsteniana et Garneriana earumque fortuna disputavit, pauca sunt quae addenda censeam satisque habeo legentes ad eius dissertationem luculentissimam relegare. Aliter vero res se habet in eo capite quo Rozière originem huius formularum collectionis explicavit. Nam quae ipse ex studiis meis in hoc libro collocatis de eius compositione et origine adsecutus esse mihi videor, tanto opere a Rozièri sententia abhorrent, ut ea fusius exponere argumentisque comprobare re ipsa cogar.

Sunt etiam alia quae accuratam disputationem desiderant. Inter quae hoc unum summi est momenti, utrum Diurno fides publica sit tribuenda necne. Cum enim Rozière et illam Garnerii Defensionem divulgasset et ipse nova argumenta contra Marchesium ad fidem Diurni comprobandam protulisset, novissimis temporibus D. RR. Pitra, doctissimus inter nostrae memoriae Cardinales episcopos, Diurno fidem detrahere rursus studuit. Itaque non modo huius auctoris argumenta examinanda sunt, sed tota quaestio denuo resumenda. Sed cum quaestio tanti momenti tantique ambitus sit, ut in Praefatione quam hic

propono solvi nequeat, accuratius eam in Prolegomenis quae in Actis Academiae Vindobonensis in lucem edere in animo est, tractaturus sum. Hic sufficiat monuisse quid ipse de origine et indole Diurni sentiam et quibus de rebus cum Rozièro vel consentiam vel dissentiam. Praeter hoc nihil amplius addendum censui, quam quod necessarium esset ad declarandam rationem qua in hoc opere edendo usus sim.

Cum ante hos 200 fere annos Diurnus ex longa temporum caligine detegeretur, duo eius libri manu scripti innotuerunt, codex Vaticanus (V.) qui hodie in archivo Vaticano adservatur, et codex Collegii olim Iesuitarum Parisiensis dicti Claromontani (C.) qui post annum 1763 nescio qua forte ex hominum conspectu evanuit; quorum utrumque codicem ii qui eos tunc viderunt non post saeculum nonum scriptum esse adfirmaverunt.

Qui vero codices postea reperiebantur, prae Vaticani praestantia nihili sunt aestimandi, praesertim cum nullus eorum, ut iam Rozière cui adsentior demonstravit, ante annum 1600 conscriptus sit; nam omnes aut a codicibus supra commemoratis aut ab exemplaribus saeculo decimo septimo impressis originem ducunt. Praeter hos autem qui modo nominabantur codices alios umquam in lucem proventuros esse nulla est spes. Sunt quidem qui putent Librum diurnum medii aevi temporibus usquequaque in

communi usu fuisse; quin haud raro pro certo etiam adfirmatum est, magnam partem bullarum subditiciarum ita ortam esse, ut falsarii ad bullas fingendas Diurni formulis quibusdam uterentur. Sed haec omnia pro coniecturis prorsus vanis habenda sunt. Nam econtra negari nequit falsariis sinceras bullas ubique ad manus fuisse, ita ut potius his ad falsa sua uti possent, quam formulis Diurni quem extra curiam Romanam divulgatum fuisse nullum est testimonium. Quotquot enim exstant catalogi bibliothecarum medii aevi, ne vestigium quidem in iis adparet, quo nisus hunc librum in ulla aut episcoporum aut monachorum bibliotheca reconditum fuisse conicias. Accidit fortasse, ut infra ostendam, ut Diurni exemplar nono saeculo Nonantulam pervenerit; sed ne in indices quidem librorum redactum sine dubio falsarios etiam huius monasterii fugit. Quod denique nonnulli putabant unam certe Diurni formulam in alias formularum collectiones translatam esse, id negandum esse postea etiam demonstrabo. Postremo rationem Diurni et consilium quo erat compositus si respicies, facile mihi concedes eum in usum curiae Romanae solius conscriptum et descriptum esse. Quam ob rem veri est simillimum complura eius exemplaria curiam Romae habuisse. Ex quibus Vaticanum et Claromontanum sola medii aevi tempora transgressa sunt; reliqua autem eandem fortunam perpessa sunt atque alia litterarum monumenta quibus bibliothecae Urbis abundabant: perierunt

enim Romae, ubi tam frequentes conversiones rerum, tot incendia, tot depraedationes fuerunt.

Ut vero erat negandum Diurnum extra fines curiae Romanae in usum hominum venisse, ita concedendum est eum vel Gregorii VII. aetate in pontificum cancellariae usu publico fuisse, et ex eo scriptores corporum canonicorum, quae inde ab huius papae pontificatu frequentius componi coepta sunt, multifariam sua deprompsisse.

Quae inter opera plurimi aestimatur Collectio canonum Deusdedit Cardinalis, quippe qui cum bonos antiquosque fontes, ut ita dicam, tum Diurnum ad suum transtulerit fructum. Reliqui autem scriptores iuris canonici qui maiora minorave Diurni fragmenta compilarunt, non digni sunt quos respiciamus, cum omnes quantum scimus Deusdedit illius tantum excerpta nossent et repeterent. Quodsi rationem quae huic Deusdedit collectioni cum Diurno intercedat propius examinabis, facile tibi persuadebitur ex illa nihil prorsus ad principalem huius textum recuperandum peti posse. Cum igitur nulla fere subsidia sint quibus cum fructu utaris, restat ut Vaticanus solus in nova editione adornanda quasi dux adhibeatur, et desperatis tantummodo locis editiones quae in Claromontano positae sunt, ad auxilium vocentur.

Atque ut primum de codice Vaticano referam, is saeculo decimo septimo Romae in bibliotheca

sanctae Crucis in Ierusalem vel Sessoriana adservabatur, cuius in libros Hilarion Rancati, qui huius monasterii primum annis 1624—1635, iterum 1641—1645, tertium 1659—1663 praefectus erat, Diurni codicem redegisse inde adparet, quod in Indice librorum manu scriptorum a P. abbate Hilarione collectorum (Cod. Chigianus R. II. 64, conf. etiam Montfaucon Bibl. bibl. 1, 194) n. 177 Diurnum receptum invenimus eumque nomine Formularii pontificum adpellatum. Praeterea in hoc codice qui pariter atque multi et alii quos tunc bibliotheca Sessoriana continebat libri, tegumento corii vitulini vestitus est, hodie quoque signa huius bibliothecae propria et adnotationes a doctis eiusdem congregationis monachis adscriptas legas.

Primam huius codicis notitiam debemus Lucae Holstenio, qui circa annum 1641 consilium huius formularii edendi mente agitavit, quod, ut iam Rozière narravit, usque ad a. 1650 persecutus est. Post quem D. Mabillon anno 1685 eodem codice usus aliquot Diurni formulas in primo tomo Musei Italici publici fecit iuris. Hunc autem codicem omnino aliquamdiu his post temporibus inter libros Sessorianos fuisse scimus ex nota I. Besozzi abbatis, qui a. 1724—1743 praefecti munere fungebatur; scripsit enim ille in plagula quae est in fronte libri: *pretiosissimus est iste codex scriptus Langobardorum tempore, fortassis inter* VII. et VIII. *saeculum.* Eundem Schoepflinum a. 1741 et Zaccariam a. 1781

in bibliotheca supra nominata inspexisse iam Rozière recte fecit mentionem. Gaetani Marini demum temporibus codicem illum ex Sessoriana in archivum Vaticanum pervenisse satis constat. Nam inveni in cod. Vat. 9114 huius viri adnotationem, quae non ante a. 1798 scripta esse potest: *ho veduto ed esaminato il Libro diurno che stava in S. Croce . . . e ora è dell' archivio Vaticano.* Libris autem archivi Vaticani codicem Diurni Marini ipse inseruit. Tunc quidem in tegumento nota etiam: H h h h h 97 ex capsula X. — signatus simulque in Indicem diplomatum bullis aureis munitorum nec non aliorum documentorum celebrium sub capsa X. relatus est.

Iam Holstenii temporibus eandem labem traxerat qua nunc quoque laborat. Constitit enim olim ex tredecim certe quaternionibus inter se paribus vel ex centum quattuor plagulis (17 cm. alt., 11—12 cm. lat.). Singuli quaterniones iam ab initio in inferiore margine numeris romanis signati esse videntur, quorum plurimi eo tempore desecti sunt quo codex saeculo XVII. ineunte in illud involucrum quod nunc habet compactus est. Eodem casu etiam numeri arabici quibus posterioribus temporibus singulae plagulae numeratae erant, magnam partem interciderunt. Diurnum igitur editurum convenit me etiam numeros plagularum recipere, licet sint vitiosi. Nam is qui plagas numeris comprehendit, membrana quae tricesimam sextam sequebatur omissa, tricesimam

octavam signo 37. notavit, ita ut ultima, haec est 104. plagula, falso 103. significaretur. Ut tamen eisdem membranarum numeris quantum licet uti possim, plagulae 37. notam 36 A. adpono, ita ut plagula 38. numerum 37. retineat. Huc accedit, quod hic liber et in fronte et fine mutilatus est. Nam quattuor priorum et ultimae membranarum exiguae tantum scidulae supersunt, quae paucas litteras praebent. Itaque textus qui dicitur continuus foliis inde a quinto usque ad centesimum alterum continetur.

Scriptus est codex ab uno eodemque librario, qui in universum litteris minusculis, in rubricis autem et certis quibusdam formularum locis uncialibus usus est. Librarius vero pro eo qui formulas compilavit habendus non est, sed repetivit tantummodo ea quae describere iussus est. Duo autem, ut mihi videtur, manu scripta ei describenda proposita erant, quae ipse nullo temporis spatio intermisso in unum corpus univit. Differt enim paulum in re graphica pars prior codicis, quae formulas I–LXIII. complectens usque ad folium 44′ medium pertinet, a parte posteriore. Quod mirum non est, si librarius quem in aliis etiam rebus perquam anxie praescripta sua imitatum esse demonstrabo, duo diversi scripturae generis manu scripta prae se habuit.

Quodsi ad aetatem codicis definiendam transgredior, statim praemonendum est, viros doctos qui rei palaeographicae periti sunt et adhuc c. Vatica-

num examinandi occasionem reppererunt, inter se magnopere dissentire. Nam Besozzi, ut iam supra tetigi, eum saeculo septimo exeunti adscribit; Mabillonio ducentis fere annis post scriptus esse videtur, cum a. 1685 eum *vetustissimum annorum octingentorum exemplar* adpellet. Qua cum sententia novissimum consentit iudicium, quod EE. Pitra Cardinalis de hac re protulit. Quamquam igitur audaciae plenum est contra hos viros aliam pronuntiare ac defendere sententiam, tamen id nunc quidem adseverare, in Prolegomenis firmis argumentis stabilire posse mihi videor, librum Vaticanum, quoad ex litterarum formis de hac re disceptari potest, circa annum octingentesimum conscriptum esse. Adsentitur mihi V. DD. L. Delisle, cui ectypon quod dicitur codicis transmisi. Meum de aetate iudicium adiuvatur aliis etiam observationibus, quae per se haud neglegendae summi sunt momenti, praesertim si cum graphicis indiciis conveniunt, dico orthographiam et sermonis rationem, quibus coniectura aetatis nono saeculo conclusae prorsus refutatur. Ut vero alii etiam palaeographi hanc de Vaticani aetate quaestionem perquirere et profligare possent, codicis ectypon novae editioni adieci.

Ut ambitum totius formularum collectionis quantus in Vaticano exhibeatur declarem, necesse est de ratione mutilationis quam liber manu scriptus perpessus est, ut disseram simulque hunc et Claromontanum, quoad is quidem qualis fuerit ex editione

Garneriana cognosci potest, aliquam partem in comparationem vocem.

Ex formula prima igitur codicis reliquiae tantum superioris marginis nobis conservatae sunt, hae vero ita ut rubricam capitis hic incipientis plane investigare et persequi possis. Ibi enim scriptum est: *indiculus aepistolae faciendae*, quod cum prima rubrica Claromontani concinit, qui initio sanus et integer erat. Qua ex re colligere licet in Vaticano quoque nullum aliud caput praecessisse. Deinde cum omnia verba aut certe omnes litterae quae in fragmentis quattuor priorum plagularum cerni possunt, ad sex priora capita libri Claromontani quadrent, sequitur ut utriusque codicis partes primae inter se congruant; quamobrem C. ad lacunas codicis V. explendas iure potest adhiberi.

Primum autem caput exhibet syllogen superscriptionum et subscriptionum, quae olim pro locis et personis eorum quibus litterae erant inscriptae, usurpabantur. Eiusmodi indices salutationum iam caesarum Romanorum temporibus Romae et Byzantii collecti erant et per complura saecula in cancellaria pontificali usurpati esse commemorantur. Indiculum vero Diurno praemissum ego quoque secundum eos qui adhuc Diurnum ediderunt, formulam I. adpello. Praeter hoc caput Vaticani plagulis nunc quidem perditis continebantur formulae. inde a II. usque ad V. nec non dimidium formulae VI.

Hae autem formulae et quae insequuntur a VII. usque ad X. artissime inter se cohaerent. Agitur enim in iis de ratione qua episcopi a pontifice ordinentur; attamen non omnes eiusdem sunt generis. Nam formulae II–V. exempla sunt litterarum quae non a pontifice eiusque ministris emittenda sed ad pontificem dirigenda erant, ut in tota Vaticani collectione quindecim omnino formulae insunt quae pro exemplis epistularum ad pontificem mittendarum habendae sunt. Ceteroquin hoc corpus formulas continet epistularum pontificiarum, quae nisi a pontificibus eisque quos circa se habuerunt emitti et usurpari non poterant. Quod vero epistulae illius etiam rationis vel petitiones in hac Vaticana collectione inveniuntur, non miros nos debet habere. Nam in registra pontificia, ut ex excerptis registrorum Gregorii I. intellegis, litterae a pontificibus acceptae et nonnumquam petitiones etiam referebantur; et cum curiae Romanae non parvi interesse deberet, ut id genus etiam epistulae ecclesiastico iure moreque tradito conciperentur, eas in collectionem ad stilum curiae discendum institutam recipi oportuit. Sed his praemissis iam ad propositum redeamus.

Inde a formula VII. codex V. nullam exhibet lacunam; ideoque hunc librum cum Claromontano comparare desino iamque de fine Vaticani loquar. Ab ultima nobis servata plagula (revera 104, quam 103. adpellavi) incipit formula XCIX. quae sequenti nunc quidem deperdita plagula continuabatur. Itaque

collectio tota quam V. complectitur, ex nonaginta novem formulis constat. Utrum vero olim plus formularum continuerit necne, alio loco dicam.

Quodsi ad codicem Claromontanum adgredior, nihil fere est quod copiosae Rozièri praefationi addere possim; nam omnia iam congessit quae de codice eiusque fatis dicenda sunt. Prima eius mentio a. 1616 facta est; tunc enim adservatus esse traditur in bibliotheca Collegii dicti Claromontani, quae paucis annis ante restaurata erat; ibi ipse codex tamdiu mȧnebat, donec collegium dimittebatur et bibliotheca venibat. Quibus temporibus D. Clement catalogum librorum manu scriptorum confecerat, qui a. 1764 in lucem prodibat. Ibi de Claromontano hoc legitur: *Codex membranaceus in quarto, complectens folia* XXX, *saeculo* IX. *exaratus et in fine mutilus.* Nihil amplius autem de externa ut dicitur codicis forma narrari potest. Nam neque ulla alia descriptio neque imago litterarum quibus aetatem aestimes, usquam exstat, et ii qui Diurnum ex C. ediderunt vel edere voluerunt, eius orthographiam sermonemque adeo immutarunt, ut his quoque adiumentis coniciendi careamus. Hoc autem unum ut commemorem restat, Labbeum codicem C. saeculo decimo, Garnerium octavo adscripsisse. Cur vero ego quidem his non adstipuler, sed ad D. Clementis sententiam accedam, alibi exponam.

Contra de amplitudine collectionis Claromontanae et ordine formularum bene edocti sumus, quod-

que has res adtinet uterque codex inter se comparari potest. Qua comparatione id certe nos evicturos esse spero, collectionem codice V. exhibitam, quam Diurnum Vaticanum (D. V.) adpello, antiquiorem esse collectione codice C. tradita vel, ut alias dicam, Diurno Claromontano (D. C.); ex hac autem argumentatione id porro probabile evadet, codicem V. antiquioris aetatis esse quam codicem C.

Sed iam locus est, ut nonnulla de editione principe Holstenii et altera Garnerii praemittam. Iam ille formulas prorsus aliter digessit atque codice S. Crucis quo usus est exhibentur. Divisit enim eas in capita septem; quam rationem etiam Garnerius, cum editionem principem non nosset, secutus est. Sed capita septem quae constituit, et argumento et singulis formulis respectis, a praecedentis editionis dispositione multimodis diversa sunt. Attamen in praefatione indicem formularum codicis antiquissimi (quem indicem Holstenius ad P. Sirmondum miserat), ut librum nunc in Vaticano archivo adservatum adpellavit, et indicem formularum codicis sui, id est C. cum lectoribus suis communicavit. Dummodo in utroque indice conferendo reputes superscriptiones et subscriptiones quas primum V. caput complectitur, in C. duodecim formulis contineri, ita ut illius formula II. in hoc XIII. adpareat, Claromontanus parem fere capitum numerum praebebat ac V.; hic enim formulas 98 plenas et dimidiam 99. continet, ille autem 99 plenas et initium 100. Num

vero Claromontanus praeter has alias etiam formulas in plagulis quae nunc in fine eius desunt, habuerit, et si habuit, quot fuerint, item dici nequit. Quamquam igitur duo illi codices, quales quidem nunc cognitos habemus, eundem fere numerum formularum continebant, tamen id observandum est, primum septem formulas legi in Vaticano quae desunt in Claromontano, itemque octo legi in C. quae desunt in V.; deinde collectiones inter se differre inprimis respecto ordine formularum, qui in iis variat.

Quam rationem neque Garnerius neque qui post eum de Diurno scribebant, accuratius persecuti sunt aut explicare studuerunt. Itaque Garnerius ad rationem quam in digerendis formulis secutus est defendendam haec tantummodo adnotat: *si tanta est quanta hic exhibetur utriusque exemplaris discrepantia, si tanta etiam utriusque perturbatio, fuit opinor necesse ex ea confusione evadere.* Qua in re nimius mihi esse videtur, nam neque perturbatio tanta est neque discrepantia quantam Garnerius putavit. Et ex discrepantia ipsa cognoscere possumus quomodo tota collectio gradatim exstiterit. Quam collectionis originem plenius inlustrandam Prolegomenis reservo; hic autem ea tantum quae ex quaestionibus meis effecisse mihi videor, breviter exponere in animo est. Primum igitur disseram quomodo Diurnus Vaticanus aetate maior enatus sit, deinde quomodo

eius nova recensione et amplificatione Diurnum Claromontanum exstitisse mihi fingam.

Inde a formula I. usque ad LXIII. collectionem primam pertinere censeo, quae quidem ipsa ex minoribus particulis formularum in quaternionibus vel scidis vel rotulis conscriptis consuta esse videtur. Formula I. qualis sit iam supra significavi. Cuius superscriptiones veri simile est initio in una scida conscriptas fuisse, post ceteris formulis praemissas esse, cum curia Romana eas ut exempla imitanda in unum corpus colligere adgrederetur. Alterum quod sequitur caput expletur formulis inde a II. ad IX. Quae, cum in iis de gravissima curiae re, hoc est de episcoporum ordinatione agatur, dignae habitae sunt quae in initio totius collectionis post superscriptiones ponerentur. Tum propter simile argumentum coniunctae sunt inter se formulae inde a X. usque ad XXXI: sermo enim in iis est de consecratione et dedicatione ecclesiarum. Hic autem commemorandum est ut in altero sic in hoc tertio capite petitiones singulas singula pontificum responsa sequi. Formula quam deinceps legimus XXXII. *privilegium* inscripta nullam habet similitudinem cum ceteris. Id genus formularum haec una in prima collectione invenitur, cum in altera collectione complura eius modi exemplaria producantur. Inde adparet eis temporibus quibus prima collectio sola existeret, privilegiorum bullas raro tantum conceptas et emissas esse; qua re cum hoc unum exemplar

satis esse videretur, facile potuit quolibet loco inseri; fortasse conscripta erat in plagula vacua quaternionis qui formulis X–XXXI. accipiendis destinatus erat, quem locum postea etiam retinuit.

Post privilegii exemplar sequuntur formulae ad dispensationem bonorum ecclesiasticorum spectantes, inde a XXXIII. usque ad XXXIX. Inter has formulas et illas XLIX—LVI. quibus eadem res agitur, interpositae sunt aliae quae aut litterarum commercium inter pontificem et episcopos exhibent, ut f. XL—XLIV, aut concessionem pallii continent, ut f. XLV—XLVIII. Si igitur omnino de perturbatione sermo esse potest, Garnerio libenter concedimus hoc loco ordinem formularum interruptum et perturbatum esse.

Collectio prima denique finitur f. LVII—LXIII. quibus de electione et consecratione pontificis tractatur. Vides igitur formulas fere omnes re vera secundum certam rationem collectas atque digestas esse; quae ratio ea tantum re turbatur, quod series formularum ad dispensationem ecclesiae bonorum pertinentium interrumpitur. Neque id apud nos offensionem habere potest, quod formulae quibus de pontificis electione agitur, in fine totius collectionis positae sunt; nam compilator fortasse aut progresso iam opere eas in syllogen recipere decrevit aut sero conquisivit.

Posteris temporibus collectioni primae adpendix prima formulas inde a LXIV. usque ad LXXXI. complectens adiuncta est. Simili modo atque in collec-

tione prima hic quoque nonnullae formulae quae idem praebent argumentum, iuxta positae sunt; in universum autem ordo earum arte non est conclusus, immo vero singulae formulae paulatim et data occasione ad collectionem primam additae esse videntur. Formulae enim certe obsolescunt novisque aliis et augeri et suppleri debent. Itaque accidit ut nonnullae res quarum iam in collectione prima mentio fit, in adpendice aliisque posterioribus formularii partibus aliquatenus inmutatae repetantur. Qua de re quamquam in formulis II—IX. primae collectionis episcoporum ordinationis ratio habetur, tamen in adpendicem f. LXXIII—LXXVI. et LXXVIII—LXXX. receptae sunt, in quibus de eadem re agitur. Formulae LXXVIII—LXXX. non multum a f. II—IV. collectioni primae insertis differunt. Sed prorsus aliter res se habet de f. LXXIII—LXXVI; nam nihil est in collectione prima quocum conferri possint, id quod paucis verbis ex ipsarum novarum formularum argumento explicandum esse existimo. Omnes enim qui sedis apostolicae ordinationi suberant episcopi in ipsa ordinatione fidei professionem ad corpus beati Petri tradebant, in qua, ut ex f. LXXIII. discimus, omnium dogmatum a conciliis decretorum aperte ac diserte fiebat mentio. Ex eiusmodi professione saeculo fortasse quinto concepta corpus quoddam enatum est, quod tempore procedente ex sequentium conciliorum decretis additamenta accepit. Itaque f. LXXIII. ex hoc corpore eiusque duobus accessionibus constat. Sed corpus

neque solum neque cum priore additamento in collectionem primam, quae omnino partem tantum earum quae tunc fuerunt formularum continet, receptum est. Atque eo demum tempore quo posterius additamentum accessit, illa professio cum f. LXXIV–LXXVI. eodem modo pro tempore mutatis et amplificatis in Diurnum insertae sunt.

Deinde origine huius adpendicis respecta non mirum est quod formulam LXXVI. cui inscriptum est *indiculum episcopi de Langobardia,* sequitur (f. LXXVII) *privilegium monasterii in alia provincia constituti,* quod certe haud paucas sententias formulae XXXII. collectionis primae ad verbum repetit, sed et novis rebus ac propriis condicionibus ducitur et rei grammaticae causa retractatum et contemplatione vitae monasticae auctum est.

Tertia quoque res est quam commemoratione dignam habeo. Formula enim XXXVIII. collectionis primae in rubrica scriptum habet *preceptum de donando puero*, quae quidem res in adpendice f. LXXI, LXXII, LXXXI. exponitur. Quod vero formulae LXXII. rubrica praescripta est *preceptum de concedendo puero,* f. LXXXI. *preceptum aliud de concedendo puero* neque sunt iuxta positae, manifestum est has formulas non repente eodemque omnes tempore, sed paulatim collectas esse. Quamobrem hae et aliae formulae adpendicis primae neque secundum materiam neque ad rem artemque proprie ordinatae esse possunt.

Sed meliore ratione composita et disposita est illa pars Diurni quam collectionem alteram adpello. Nam constat ex duabus particulis quae prorsus inter se sunt diversae. Formulae enim quattuor priores LXXXII—LXXXV. ad electionem et consecrationem novi pontificis spectant: primae *decretum pontificis* inscriptum est, tres autem quae insequuntur sub una eademque rubrica *indiculum pontificis* comprehensae sunt. Eodem fere modo quattuordecim deinceps formulae iam ideo cohaerere videntur, quod communis earum inscriptio est *diversa privilegia apostolicę auctoritatis.*

Vides igitur formulas LXXXII—LXXXV. iis temporum spatiis respondere quibus papae electi solemni ritu pontificatum suum inierunt. In primis autem f. LXXXII. de eadem re concepta est atque f. LVII—LXIII. collectionis primae; quin in f. LXXXII. (decretum pontificis) verba ac litterae etiam formulae LX. *de electione pontificis ad exarchum* inscriptae repetuntur. Attamen inter hanc utramque formulam discrimen gravissimum intercedit. In formulis enim LIX—LXIII. exarchi Ravennensis mentio fit cuius, ut ex petitione f. LX. discis, peculiare erat ius ut decreto electionis transmisso pontificem electum adprobaret. In *decreto pontificis* autem nullo prorsus verbo auctoritas commemoratur, cui potestas esset de hac ecclesiae re disceptandi.

Quaestionem si quis movet quo tempore hic et ille electionis modus exsistere coeperit et quamdiu

constiterit, hoc loco paucis tangere sufficit neque opus est omnes controversias de hac re difficillima exortas percensere. — Honorius I. primus erat pontifex cuius electio anno 625 ab exarcho adprobata est. Accidit quidem ut interdum imperatores ipsi sanctionis ius exercerent, ut Leone II. anno 681 electo factum esse scimus. Sed iam Conon a. 686 rursus exarchi consensu pontificatum iniit. Quam adprobandi rationem usque ad Gregorium III. a. 731 electum durasse constat. Quo pontifice mortuo cum sedes per quattuor tantum dies vacaret, fieri non potuit ut Zacharias a. 741 cum exarchi adprobatione consecraretur. Cum vero, Ravenna a. 751 a Langobardis expugnata, exarchatus sublatus esset, formula LX. nisi annis inde a 625 usque ad 731 usurpari non potuit.

In locum Byzantinorum caesarum paulatim reges Francorum successerunt, qui imperium occidentale renovabant et domini Romae facti ius adprobandi pontificis sibi vindicabant. Iam Paulus I. electionem suam Pippino per litteras renuntiavit, in quibus aliquot formulae LIX. sententiae ad verbum repetuntur, sed responso adprobationis neque petito neque exspectato consecratus est. Inter electionem et consecrationem pontificum qui secuti sunt, Constantini II., Stephani III., Hadriani I., tam pauci intersunt dies, ut eorum electionem a principibus novis, scilicet a regibus Francorum sancitam esse probabile non sit; missos vero regios qui Romae versabantur, ad hos promoven-

dos aliquid contulisse nullum exstat testimonium. Leonem III. demum scimus post consecrationem suam cartam decretalem Carolo Magno misisse, et de eius successore Paschali I. Einhardus refert: *post completam sollemniter ordinationem suam et munera et excusatoriam imperatori misit epistolam, in qua sibi non solum nolenti, sed etiam plurimum renitenti pontificatus honorem velut inpactum adseverat.*

Quo pontifice pactum anni 817 confectum est, in quo inter alias res de electione et adprobatione pontificum erat cautum. Atque ordinatio annis inde a 752 usque ad 817 re vera libera suique iuris erat, quamquam Pippinus, Carolus, Ludovicus, qui summum iis temporibus principatum tenebant, de electionibus pontificum certiores erant facti. His igitur temporibus in decreto electionis quale formula LXXXII. continetur, ius adprobandi silentio potuit praetermitti neque opus erat petitione, qualem quidem et f. LVIII. ad Byzantinum imperatorem et f. LX. ad eius vicarium data exhibet. Itaque huic temporis spatio formulam LXXXII. adtribuo.

Cui sententiae opposuerunt quidam, iis etiam saeculis quibus imperatores Byzantini eorumque vicarii Ravennae ius adprobationis exercerent, decretum quoddam de electione pontificis recipi debuisse et formulam LXXXII. condicionibus saeculi etiam septimi optime respondere; quod vero haec non suo loco, nempe ante f. LVIII. sequentesque inserta esset, id ad

eandem perturbationem collectionis de qua Garnerius questus est, referendum esse putabant. Atqui eos qui ita censebant omnino fugit, inter formulas LX. et LXXXII. discrimina quae ad rem spectant intercedere. Ex quibus duo gravissima significare satis habeo. Longum illud enuntiatum formulae LXXXII. *novit humanis rebus — in uno convenientibus nobis ut moris est* (p. 87_5—88_7) ad verbum ex formula LX. (p. 50_{18}—51_{18}) repetitum est, nisi quod verba *triduo enim nobis exiguis in oratione manentibus* mutata sunt in *diu enim nobis in oratione manentibus.* Haec una est discrepantia, quae ut lenissima videtur, ita est gravissimi ponderis. Verbo enim *triduo* ad constitutionem quandam Bonifatii III. adluditur, qua anno 607 emissa praescriptum est, *ut nullus ..... praesumat loqui de successore* (sc. pontificis mortui) ... *nisi tertia die depositionis eius.* Quae constitutio primum, si quid video, violata est, cum Gregorius III. eodem die quo eius praedecessor vita excessit, eligeretur; atque ex hoc tempore oblitterata esse videtur. Qua de re legentes revoco ad ea quae in Libro pontificali de electionibus Pauli I. et Constantini II. referuntur. Illud *triduo* igitur formulae LX. quadrat nonnisi ad spatium annis 608 — 715 conclusum, hoc est prope ad illud tempus quo adprobatio ab exarcho expeti solita est; *diu* vero pro *triduo* non ante annum 731 positum esse potest. Itaque formula LXXXII. pro nova recensione antiquioris cuiusdam decreti habenda est, quod sine dubio iam olim

etiam ad f. LX. concipiendam adhibita est, neque, qualis quidem in Diurno exhibetur, ante annum 731 in usum venire potuit. Quae res cum ita se habeat, alterum etiam discrimen, quod in f. LXXXII. nulla auctoritas nominata est cui ius adprobandi esset, maxime dignum est quod respiciatur. Cum vero f. LXXXII. eo tempore in usu esse coeperit, quo f. LX. obsolevit, vix adfirmari potest has duas formulas simul in Diurnum receptas esse. His igitur aliisque causis commotus mihi persuasi formulam LX. collectionis esse primae, f. LXXXII. collectionis alterius.

Quodsi supra annos 741 et 817 terminos temporum statui quibus f. LXXXII. usurpata erat, quaeritur num eam intra hoc temporis spatium semel re vera usurpatam esse pro certo demonstrari possit. Quod statuere P. Ewald b. m. conatus est. In Regestis enim pontificum Hadrianum I. kalendis februariis anni 772 electum esse enarrans, testes adhibuit epistulas Hadriani vitae Hadriani Nonantulanae insertas, quae ei ex Diurni formulis LX. (rectius LXXXII), LXXXIII—LXXXV. fluxisse videntur. Adsentior quidem viro doctissimo has formulas anno 772 usurpatas esse censenti, sed quod adfert testimonium vitae Nonantulanae, id reicio. Nam auctor eius Hadrianum III., qui anno 885 prope monasterium mortuus et ibi sepultus et deinde sanctorum numero adscriptus est, laudibus celebrare vult. Quem ad finem eidem sex documenta adscribit, quae sunt Hadriani I., maioris eius praedecessoris. Quorum

duo ex actis concilii septimi (cf. Reg. pontif. Jaffé E. 2448) petivit, quattuor ex Diurno, vel ut planius dicam, formulas ex parte quidem nominibus Hadriani eiusque praedecessoris Stephani III. papae et temporis indicio, *mense februario, indictione decima* implevit. Videmus igitur extra Romam exemplar Diurni in usu fuisse, quod, cum eius lectiones fere omnes cum codice Vaticano concinant, nihil aliud nisi V. ipsum fuisse veri est simillimum.

Huius loci est probabilem coniecturam laudare quam V. DD. Giorgi Romanus protulit quamque postea se confirmare posse sperat. Notum enim est inter multos codices quos Hilarion Rancati conquisitos in bibliothecam S. Crucis, ut iam diximus, referebat, aliquot Nonantulanos fuisse, ita ut inter illos Vaticanum quoque fuisse recte suspiceris. Neque a probabilitate abhorret Vaticanum quondam cum iis quae Hadrianus III. moriens reliquit, Nonantulam venisse. Certe permagni esset momenti hanc quaestionem solvere. Nam pag. XXXIX. gravissima mihi tangenda erit controversia, utrum Diurnus in usu curiae publico fuerit necne: quae uno velut ictu disceptari posset, si Vaticanus inter eos libros fuisse demonstraretur quos Hadrianus III. in illo itinere secum duxerat. Optandum igitur est ut I. Giorgi quaestiones suas de codicis Vaticani fatis cum fructu exsequatur.

Sed ad Ewaldi sententiam redeo. Certum est vitam illam Hadriani non tanta dignam esse fide, ut

iure adfirmes formulam LXXXII. re vera in electione Hadriani I. usurpatam esse. Contra alia ratione demonstrari potest, decretum electionis quod antiquiore formula LX. continetur, anno 772 ipso inmutatum esse et eam verborum seriem accepisse quam propriam habet f. LXXXII. Accedit quod inter formulas LX. et LXXXII. interest alterum rerum discrimen. Secundum illam enim (p. 51 $_{18}$ sqq.) pontifex electus est *familiaris cleri et plebis, procerum etiam et militaris pręsentia*; in f. LXXXII. autem ii qui pontifici eligendo intererant, plene enumerantur (p. 88 $_{8}$ sqq.). Sunt enim electores hi: *cuncti sacerdotes ac proceres ecclesiae et universus clerus atque optimates et universa militaris presentia seu cives honesti et cuncta generalitas populi istius a deo servate Romane urbis;* id quod ad verbum convenit cum iis quae de electionis modo concilium Romanum anni 769 decreverat. Quam ob rem haec ipsa verba non ante sequentem electionem, quae erat anno 772, in decretum recipi potuerunt. Ne vero ultra tempora Hadriani I. qui tunc papa factus est, progrediamur, alia causa impedimur. Nam in formula LXXXV. cum f. LXXXII. arte cohaerente pontifex (p. 110 $_{6}$) monet, ut pro salute *fidelissimi ac christianissimi Romani a deo constituti principatus* preces fundantur, simulque mentionem facit *Romane rei publicę Italiae exercitus.* Notum autem est Hadrianum primis tantum pontificatus sui annis imperium Byzantinum agnovisse. Itaque hoc priore tantummodo eiusdem pontificatus tempore ducatus Romanus

et exarchatus Ravennensis nomine Romanae rei publicae comprehensi sunt.

Quae adhuc demonstrasse mihi videor, apte fulciuntur observationibus quas de stilo et sermone formularum institui. Iam collectio I. et adpendix I. re grammatica respecta inter se differunt. Sunt quoque quae adpendicis propria etiam in collectione II. occurrant. Sicut in formulis inde a I. usque ad LXIII. loco nominum propriorum ubique pronomen *ill·* positum est, pro quo in adpendice et partibus quae insequuntur interdum *ill(e) tal(is)* nec non *tal·* solum adhibetur. Deinde ut alia commemoretur discrepantia, is qui capita LXXXVI. sqq. (diversa privilegia apostolicae auctoritatis) collegit, cum chartas in formulas mutaret, in nominibus quae in iis inveniuntur tollendis non ita sibi constitit ut eius praedecessores. Qua re ansa possumus uti, ut tempus definiamus, et quo singulae pontificum chartae emissae sint et quo emissae in hoc formularium transierint.

De aetate f. LXXXVI. et LXXXVII. fusius in Prolegomenis agam. Hic sufficiat unum exemplum adtulisse: sine ulla enim dubitatione f. XCIII. ad chartam quandam Hadriani pontificis referenda est, quippe in qua Cynedridae, uxoris regis Offae, cuius piam religionem Alcuinus laudibus effert, mentio fiat, ita ut privilegium monasteriis ab his regibus fundatis concessum a. 786 scriptum esse videatur, cum legati pontificis in aula regia Offae commorati sunt. Itaque manifestum

est, cum *diversa privilegia apostolicę auctoritatis* tum *decretum electionis* (f. LXXXII. cum tribus insequentibus) non ante Hadriani I. aetatem Diurno antiquiori adiuncta esse.

Ab hoc disserendi loco non alienum mihi videtur legentium animos ad vitam Hadriani I. genuinam relegare. Uniuscuiusque fere pontificis in Libro pontificali pari modo iisdem plerumque verbis virtutes laudibus celebrantur, ut Gregorius III., Paulus I. aliique fortissimi orthodoxae fidei defensores praedicantur. Quodsi legimus Hadrianum I. amplius quam ceteros laudari et *fortissimum orthodoxae fidei ... defensorem, ... ecclesiasticae traditionis et sanctorum patrum institutionum observatorem* (Duchesne p. 486) adpellari, vix forte obtigit ut eadem verba in f. LXXXII. p. 89_4 inveniantur eaque in illa formulae parte quae ex formula LX. nequamquam est hausta. Itaque auctor vitae Nonantulanae haud male iudicasse videtur, cum formulam decreti pontificis anno 772 adtribuit.

Statuimus igitur supra, fieri non potuisse ut formula LX, cum ad exarchum directa esset, ante a. 625 exoreretur, et cum in ea *triduo* positum esset, ultra annum 715 valeret. Neque multo post annum 625 hanc collectionem exstitisse ut statuam, alia adducor causa. Intercedit enim inter hanc et sequentes Diurni partes hoc discrimen gravissimum, ut ad primam tantum collectionem componendam acta pontificum antiquioris aetatis praecipueque Gre-

gorii Magni adhibita sint. Quod facillime priore saeculi septimi parte dimidia fieri potuit, cum memoria Gregorii M. perquam recens vigebat neque ullius successoris auctoritate erat obscurata.

Quod ad formulas adpendicis quam voco primam adtinet, ab iis ipsis hucusque viri docti profecti sunt, ut tempus totius Diurni computarent. Nonnullae igitur eorum sententiae mihi repetendae sunt, quarum fundamento nisus demonstrem, hanc libri partem vel saltem formulas LXIV–LXXVII. ante exitum saeculi septimi in Diurnum insertas esse. Cui sententiae autem indicia temporis in formulis ipsis posita conveniunt, quae declarant adpendicem primam aetate posteriorem esse formulis I–LXIII., priorem f. LXXXII.

Sed ad singula transeamus. Iam supra monui f. LXXVII. novam formulae XXXII. recensionem praebere. Primum autem usurpata est in bulla Honorii I. a. 628 monasterio Bobbiensi concessa, qua ratio omnium privilegiorum immutari coepta est. Neque dubium est quin tum demum in formulam transformata sit, cum similes res iterum ac saepius acciderint, id quod ante posteriorem partem saeculi septimi vix factum esse crediderim. Adde quod in f. LXXIII. sextum concilium oecumenum commemoratur et imperator Constantinus Pogonatus tunc vivus inducitur. Ex qua re si viri docti effecerunt hanc formulam ante annum 685 conceptam esse, eis certe adsentior; sed hoc concesso nequaquam conceditur eam ante hunc annum in Diurni collec-

tionem iam receptam esse. Nam ne in decretis quidem publicis, nedum in formulis conscribendis id plane curabatur, utrum homines in iis nominati tunc viverent an iam dudum essent mortui. Cui rei testimonio sunt alterius collectionis f. LXXXIII–LXXXV. haud dubie inter se cohaerentes eodemque tempore sub Hadriano I. collectae; nam idem ille imperator Constantinus f. LXXXV. non mortuus, f. autem LXXXIII. et LXXXIV. verbis *piae memoriae* additis iam mortuus inducitur. Intellegis igitur ex iis quae f. LXXIII. de Constantino Pogonato dicuntur, nihil ad quaestionem solvendam recuperari posse. Neque plus colligitur ex f. LXXVI. verbis *pax inter rem publicam et gentem Langobardorum.* Itaque annus 680 quasi novissimus terminus, si retro ieris, statuendus est. Qua reputatione ductus adpendicem paulatim auctam et anno fere septingentesimo absolutam esse censeo.

Sed denuo mihi ad formulas XXXII. et LXXVII. redeundum est. Perpessae sunt enim tertiam mutationem textus, qui ita variatus locum f. LXXXVI. in collectione altera recepit. Talis vero unius formulae variatio nihil miri habet, si mecum statuis Diurnum non uno quasi impetu ortum, sed paulatim amplificatum esse singulasque eius partes a variis hominibus collectas esse. Nam si unus totius libri fuisset compilator, ut recentissimus etiam editor Rozière iudicavit, dubium non est, quin is aut una eaque recentissima recensione contentus fuisset aut tres illas inter se simillimas recensiones iuxta continu-

asset. Tale quid ille quidem homo fecit cui collectionem primam adtribuo; formulas enim iisdem fere verbis congruentes, dico XV. et XVI. re vera iuxta posuit. Esset igitur stultae temeritatis, si ab uno eodemque compilatore tres illae recensiones quae unius sunt privilegii, loco XXXII, LXXVII. et LXXXVI. Diurni insertae essent. Neque formulae LX. et LXXXII. separatim collocari poterant, si omnes formulae eodem tempore collectae et digestae essent. Sed de hoc alias pluribus. Nam eadem res de qua cum honoratissimo editore novissimo dissentio, postea in Prolegomenis mihi erit pertractanda.

Cum ad collectionem qualis in codice Claromontano exhibetur me verto, statim moneo formulam LXXXII. certo temporis indicio praeditam esse. Congruit enim haec formula Claromontana cum Vaticana omnibus locis nec non eis quibus inter formulam LXXXII. et antiquiorem LX. gravissimae intercedunt discrepantiae; duobus tantummodo locis uterque codex, vel ut aliter dicam Diurnus Vaticanus et Claromontanus inter se discrepant. In DV. enim ille qui pontifex creatus est, antea diaconus fuisse narratur, cum secundum DC. antea presbyter fuerit. Deinde in DV. ut formularii rationi convenit, legimus: *hoc vero decretum a nobis factum . . . in mense ill·, indictione ill·*, ubi, si Baluzio auctori credimus (nam Garnerianae editioni fides negenda est), codex C. exhibet: *hoc vero decretum a nobis factum . . . . . in mense decembri, indictione quarta.* Quodsi

pontificum electiones saeculi VIII. et IX. perscrutamur, ad unam tantum hoc tempus quadrare reperimus, dico electionem Leonis III. qui anno 795 pontifex est creatus. Hunc ipsum scimus ex presbytero cuius munus sub praedecessore gessit, pontificem factum esse, id quod raro evenit. Quam ob rem factum esse nequit ut formula LXXXII. qualem quidem codex C. praebet, ante annum 795 conscripta et DC. ante illud tempus ortus sit. Cui sententiae stabiliendae alia etiam testimonia adferentur. Si quis igitur mecum codicem V. circa annum 800 exaratum esse contendente faciet, is iam nunc sibi persuadebit hunc Claromontano esse antiquiorem. Sed prius necessitudinem quae Diurno Vaticano cum Claromontano intercedat, inlustremus, quam de eorum codicibus disputemus.

Diurnum igitur Vaticanum Hadriano pontifice incohatum antiquiorem habere licet Claromontano post annum 795 exorto. Quodsi ab hac ratione proficiscentes amplitudinem utriusque Diurni ordinemque formularum comparaverimus, ea quae modo coniectura suspicati sumus, supra omnem dubitationem posita inveniemus. Nam in utroque Diurno eadem fere est ratio collectionis primae; quae discrepat his tantum locis: in C. enim formulae XIX–XXI. omissae sunt, sive consulto quod sunt minoris momenti, sive neglegentia librarii codicis primi quo DC. continebatur; potuit ille facile errore oculorum tres has formulas praetermittere, praesertim cum formula

XXII. ab iisdem verbis ac f. XIX. inciperet. Deinde in DC. post formulam XXXVIII. (praeceptum de donando puero) — hic, ne fallantur legentes errore, monendum est me ubique numeris formularum Vaticanarum uti — quae est collectionis primae, sequuntur formulae adpendicis primae LXXII. et LXXXI. (praecepta de concedendo puero). Inde satis patet auctori D. Claromontani collectionem primam simul cum eius adpendice praesto fuisse. Neque vero his Diurni partibus, sed altera etiam recentiore illa collectione utendi copiam illum habuisse, ex aliis locis intellegi potest. Cum autem argumenta trium Diurni particularum sub uno conspectu posita perlustraret, studio congruas similesque formulas coniungendi longius abreptus est quam auctor collectionis primae eiusque continuator. Itaque collectionis tantum primae habitum ordinemque in universum respicit servatque, cum duas sequentes Diurni partes inmutet aut singulas formulas omittendo aut novas easque aetate minores inserendo. Manifestum ergo est Diurni C. auctorem bene reputasse collectionem primam ut fundamentum omnium corporum formularum pontificiarum intactam esse relinquendam. Sed formulas quae f. LXIII. sequuntur, suo quamque loco iam non retinet secundum novas rationes eas digerere conatus. Vere enim cognoscens formulas LVII–LXIII. quibus collectio prima terminatur, ad pontificum electionem qualis antiquiore aetate fuit, pertinere, has sequi iussit formulas LXXXII–LXXXV. quibus de pontificum eligen-

dorum ratione qualis posteriore aetate fuerit, agitur. Quod vero in curia Romana secundum post summum pontificem locum episcopi tenebant, formulae LXXXV. formulas LXXIII–LXXVI. adpendicis primae addidit. Deinde iuxta ponebantur f. LXXXVI–XCIV. (diversa privilegia apostolicae auctoritatis). Tum compilatori Diurni C., cum series privilegiorum monasteriis destinatorum in collectione altera dictamine XCV. inscripto *privilegium de diaconiis* interrupta esset, causa oblata esse videtur hoc loco ea adferendi quae adhuc ex adpendice prima nondum receperat, id est f. LXIV–LXXI. et LXXVII., quarum ordinem sic invertit ut f. LXXVII. inter LXV. et LXVI. insereret. Denique ad id unde digressus est rediens in fine f. XCV–XCVIII. collocavit. Quali vero ratione tum ductus sit cognosci iam nequit. Nam si quaeras utrum formulam IC. omnino omiserit an postea addiderit, respondere non possumus, cum ultimae codicis C. plagulae interciderint. F. XCVIII. quae in C. locum CIII. obtinet, septem aliae sequuntur, quas hoc codice solo traditas nomine adpendicis alterius complector. Num illae in ultimis Vaticani quoque membranis fuisse potuerint, infra exponam.

Quae omnia si respicis, iam dubius nequaquam haeres, quo modo DC. ex DV. enatus esse sit putandus. Ut rem invertas, fieri nequit. Itaque satis superque comparet D. Vaticanum antiquiorem esse D. Claromontano. Sed possumus utriusque aetatem angustioribus etiam terminis circumscribere. Cum

enim Vaticani auctor in f. LXXXII. lectiones posterioris collectionis post a. 795 confectae ignoret, constare mihi videtur eum collectionem suam ante 795, i. e. sub Hadriano I. pontifice composuisse.

Diurnum V. ante DC. ortum esse ut statuam, alia causa adducor. Nam et argumento et sermonis genere respectis, de quibus alias tractabo, formulae adpendicis alterius post annum 800 demum conceptae et cum antiquiore collectione coniunctae esse possunt. Cum autem DV. etiam tum, cum in DC. commutatus est, describi potuerit, licet dubitare utri codici maior aetas adtribuenda sit. Attamen hanc quoque quaestionem existimo posse solvi, dummodo animum advertas ad ea quae de utriusque codicis aetate explorata habemus. Vaticanum ante annum 800 conscriptum esse iam supra dixi. Huius loci erit causam adferre qua ductus iudicium a D. Clement (v. pag. XIV) de codicis C. aetate factum Garnerii opinioni praeferam. Quod enim Garnier Vaticanum antiquissimum exemplar adpellavit, id pro nihilo duco; nam ipse numquam codicem vidit. Neque pluris refert eum Claromontanum iam saeculo octavo scriptum esse contendisse. Nam omnino vix sibi hac in re constare videtur. Noluit enim aeque ac plerique auctores S. Iesu concedere pontifices iam ante saeculum nonum monasteriis privilegia dedisse, qualia in Diurnum relata invenis. Itaque non veritus est de his formulis adnotare p. 118: *opinor ab audaci manu inserta esse huic parti quaedam sequentis*

aevi, neque enim praecedentis aetatis leniori spiritu plena sunt, sed terribiliter minantur; qui genius noni decimique saeculi. Simile quid eum audis dicentem de formulis CIII. et CIV. p. 115: *suspicor securitatis formulas istas duas ad posteriora tempora pertinere*, et in praefatione: *ausus est interpolator aliquis recentiora quaedam et vilia aut inserere aut saltem addere.* At neque ille ipse neque alii qui de Claromontano memoriae tradiderunt, animadverterunt codicem illum a duabus compluribusve manibus conscriptum esse. Igitur si codex neque interpolationes neque additamenta perpessus est, aetate minor esse debet formulis quas Garnier pro interpolatis habet. Quod autem ad privilegia monasteriorum illa, h. e. ad f. XXXII, LXXVII, LXXXVI sqq. adtinet, Garnerio earum originem nono demum saeculo adsignanti ut adsentiar, a me impetrare non possum. Sed adstipulor ei alterius adpendicis formulas, in quibus praecipue CIII. et CIV., post renovationem imperii conceptas esse. Nam etsi iam Hadrianus I. et fortasse eius praedecessores in tantum in Urbe dominabantur, ut actionariam portarum exigere iis liceret, tamen ab anno demum 801 Romae tempus significari coeptum est additis his verbis: *imperante domino filioque nostro tali a deo coronato magno imperatore*, ut f. CIII. auctore Baluzio — Garnerius enim hanc formulae partem suppressit — praebet. Adde quod sermo formularum adpendicis alterius nonum sapit saeculum, id quod paulo infra osten-

dam. Quodsi codex Claromontanus ineunte saeculo nono exaratus esse potest, cum Vaticanus ante annum 800 scriptus sit, manifestum est non solum Diurnum Vaticanum antiquiorem esse D. Claromontano, sed codicem etiam V. aetate maiorem Clarotano, de quo nunc est silentium. Quare fieri non potuit, ut Vaticanus eo ambitu quo tunc erat conscriptus, recentiores formulas adpendicis alterius iam contineret.

Iam supra monui Rozièrum, quem omnes recentiores sequuntur, originem Diurni inter annos 685 et 751 posuisse. Quod ut coniceret, in primis adductus est hac re, quod formulas ab uno compilatas esse censuit. Cui rei vim tribuit maximam, ratus hac sententia probata omnes illas suspiciones optime refutatum iri, quas P. Marchesi in *Clypeo fortium* anno 1680 edito contra fidem huius formularum collectionis moverat. Auctor illius libri iure negare mihi videtur omnes formulas unius eiusdemque saeculi esse; sed conclusiones eius eodem modo atque Rozière respuo. Mea quidem sententia haud magni refert, utrum unum statuamus compilatorem an Diurnum pariter ut alia id genus opera variis temporibus paulatim ortum esse ponamus. Immo alia sunt in quibus tota quaestio vertitur. Quod enim Rozière dicit, unum illum compilatorem quem statuit in curia Romana fuisse et ex pontificum registris sua hausisse, idem de omnibus illis viris contendi posse opinor qui collectionem incoharunt et auxe-

runt. Multo gravius certe id est quod hoc formularium, iam antequam absolutum esset, a curia Romana agnitum adprobatumque est et per complura saecula in cancellariae usu publico fuit. Facili enim negotio probare posse mihi videor, hunc ipsum Diurnum qualem quidem hodie novimus, exeunte etiam saeculo undecimo Romae ut librum plenissimae auctoritatis habitum esse. Inde iam patet et Marchesium et omnes eius adseclas esse refutatos.

Tetigi ita quaestionem de Diurni fide quae, ut is saeculo decimo septimo innotuit, mota et ideo tam acriter pertractata est, quod praeter incorruptam memoriam aliae etiam res in discrimen vocabantur. Rozière, cum editionem suam pararet, Diurnum velut unum rerum gestarum monumentum tractare satis habuit, confisus eius usum publicum iam a prioribus editoribus probatum esse. Eum vero spe deceptum esse ex iis intellegimus quae nuper Cardinalis doctissimus Pitra in *Analectis novissimis* I. 103 sqq. proposuit. Hic Diurno eandem auctoritatem tribuit ac P. Zaccaria, qui dissertationi suae inscripsit: *quantum ex Libro diurno utilitatis ad fidei confirmandae decreta et ecclesiasticam disciplinam illustrandam percipi possit.* Concedit etiam magnam partem formularum ex Gregorii Magni registro petitam esse; sed negat hanc collectionem a socio quodam cancellariae pontificalis, ut Rozière omnesque antiquiores editores putaverunt, institutam et in cancellaria curiali per aliquot saecula usurpatam esse.

Itaque suspicatur Diurnum opus privatum esse idque non pluris aestimandum, quam multa alia posteriorum temporum opera quae eodem Diurni nomine inscripta sunt. Atque quamquam nullo prorsus verbo obiectiones Marchesii commemorat, tamen idem sibi proposuit probandum, quod ante ducentos annos doctus ille socius congregationis Oratorii probare studuit.

Iudicium vero quod Cardinalis, qui iure doctissimis et peritissimis historiae medii aevi indagatoribus adnumeratur, de Diurno tulit, licet obiter tantum neque accurate id stabiliverit, tamen silentio praetereundum esse mihi non videtur, quamquam controversia denuo incohata gravior est, quam quae in hac praefatione ad finem possit perduci. Opus enim esset totam bullarum copiam ita habere disquisitam, ut de singulis quibusque adfirmari possit, quae ratio inter eas et formulas de quibus agimus intercedat. Sed hoc non unius hominis esse potest, immo sperare licet futurum esse, ut hac ipsa editione commoti alii quoque viri docti operis partem suscipiant. At certe tot bullae in hac editione curanda mihi perlustrandae fuerunt, ut ex earum comparatione iam nunc contra Cardinalem sententiam ferre debeam. Cum accuratiorem argumentationem Prolegomenis reservo, hic mihi quaerendum videtur, quibus finibus tota quaestio sit circumscribenda et qua ratione sit in ea solvenda procedendum. In hunc finem spectant quae in sequentibus contra Cardinalem Pitra monebo.

Cum adhuc negatum non sit registra Gregorii I. ad collectionem formularum componendam adhibita esse, de eis multum disserere supersedeo. Nonnullae formulae in epistulis etiam Gregorii praedecessorum agnoscuntur. Iam saepius commemoratum est formulam XI. ad epistulas Gelasii I. papae Jaffé K. 630, 680 et Pelagii I. J K. 958, 959 proxime accedere. Ut vero demonstretur formulas re vera ex curiali cancellaria originem duxisse, sufficit ad Gregorium reverti, idque eo magis quod huius quidem pontificis excerpta registrorum et nongentae fere epistulae nobis nota sunt. Ceterum veri est simillimum etiam formulas XI. nec non XII. ex Gregorii registris desumptas esse. Nam his duabus formulis petitio dedicationis oratorii praecedit, qua duo expetuntur. Quae optata ut explerentur, pontifici duobus epistulis opus erat, una ad eum episcopum data in cuius dioecesi oratorium recens constructum erat (f. XI.), altera ad eum episcopum ex cuius dioecesi reliquiae expetebantur. Cum vero mandatis Gregorii ad episcopum Tyndaritanum et ad episcopum Neapolitanum (J E. 1707, 1708), quae in registri excerptis continuatae sunt et certe in registro originali iuxta positae erant, ad petitionem Ianuariae religiosae eodem modo quo in form. XI. et XII. respondeatur, has duas de quibus agitur formulas ex Gregorii M. registro manasse licet suspicari. At non omnium, sed paucarum tantum formularum collectionis primae, de qua sola hic sermo est, origo ad epistulas Gregorii eiusque

praedecessorum referri potest; nam quod ad alias formulas pertinet, chartae iis respondentes nobis prorsus desunt. Eo magis ex parte de toto conclusionem facere licet.

Cum collectionem alteram posteriori aetati quam censuit Rozière, adscribo, mihi eorum temporum chartae quaerendae sunt quae huius collectionis formulis similes sunt. Qua ex re alia etiam sententiarum nascitur differentia. Nam si Rozière existimat Diurnum quasi certum atque fide dignum testem esse disciplinae qua per sex saecula, hoc est inter pontificatum Gelasii I. et Gregorii VII., ecclesia regebatur, iusto longius progredi mihi videtur. Rozièri igitur sententiam restringens pro certo sumo hoc tantum, formulas I–LXIII. iam saeculo septimo et octavo et f. LXIV–LXXXI. iam saeculo octavo usurpatas esse et has duas partes, praeterquam quod retractatae aut aliis formulis suppletae sunt, usque ad saeculum undecimum in usu mansisse. Collectio vero altera quae circa annum 800 orta est, ab hoc demum tempore nos de consuetudinibus ecclesiae Romanae edocere potest. Accedit aliud in quo cum viro docto facere nequeo. Nam quod arbitratur compilatorem (vel mea sententia compilatores) ex custodibus archivi sanctae sedis fuisse, id necessarium non est; sed opus est eos in curia versatos munereque aliquo functos ibi opus suum confecisse et tantum auctoritate valuisse, ut collectionem suam ad diuturnum usum commendare atque inducere possent,

qualem quidem bullae secundum has formulas dictatae testantur.

Si quae chartae nominibus omissis in formulas mutantur, eadem verba certe retinentur. Sin vero, id quod praecipue nobis erit persequendum, chartis scribendis formula proposita exemplo est, rarissime tantum id spectatum et effectum est ut omnia verba inter se consentiant. Plerumque enim tantum similitudinem quandam deprehendas in dispositione sententiarum, in delectu verborum, in certis quibusdam enuntiatis et verbis sollemnibus iterum iterumque repetitis. Hoc quidem etiam C. Pitra ipse concedit. Nam ut demonstret quot per saecula valuerint Gregorii I. dictamina, exemplo eligit clausulam illam finalem: *si quis vero regum etc.*, et quamquam varias eius mutationes in chartis non ignorat, immo vero enumerat, tamen de eius continuo et perenni usu loquitur. Simile iudicium aliis certe locis nobis erit adhibendum idque eo magis quod hoc solum cum ratione qua chartae dictabantur convenit.

De cancellariae officiis hic nihil aliud sum moniturus, nisi quomodo chartae propositis formulis scriptae sint. Priusquam vero chartas cum formulis conferamus, ut inde ad certam sententiam perveniamus, necesse est inter nos constet quem ad finem Diurnus confectus et quomodo reapse tractatus sit. Quod optime explicari potest si exemplo utimur Hadriani aetate, in qua quidem uberrima materia variarum litterarum occurrit atque, ut iam vidimus, antiquior

formularum collectio accessionem accepit. Tunc curiae Romanae litteratos homines non defuisse testantur vel epistulae codicis Carolini vel epistula illa gravissima pontificis imperatori Byzantino anno 785 inscripta, ad quas conscribendas certe quaedam acta praecedentia, sed non propriae formulae adhiberi potuerunt. Eiusmodi homines sine dubio suffecerunt operi faciliori, ut chartas unius eiusdemque formae conciperent, licet formulas ad manus non haberent. Nihilominus ut haec facere possent, iam adulescentes rationem dicendi more traditam discere penitusque cognoscere debebant. Ad hanc igitur puerorum eruditionem collectio pontificiarum formularum composita erat, ut etiam Marculfus ipse opus suum *ad exercenda puerorum initia* se composuisse dicit. Atque huic eruditionis fini et collectio prima et eius accessiones aptae sunt.

Card. Pitra, ut a Diurno fidem publicam abiudicaret, in primis exiguo libri ambitu commotus est, propter quem fieri non potuisse putavit ut Diurnus velut manuale cancellariae pontificalis in usu esset. Frustra, inquit, desideras in eo instructiones legati vel apocrisiarii Constantinopolitani aliaque multa. Haec vero requirens vim atque naturam formularum parum intellexit et formularium pro epistulario habuit. *Sunt* enim *nonnulla negotia*, ut nos magister Marculfus edocet, *quae scribi non queunt, antequam invicem conferantur*, vel ut aliter dicam, formulae ad eas tantum res componuntur quae

ex eadem semper causa oriuntur eodemque modo decurrunt; non vero eiusmodi res tangunt quae prorsus singulares erant vel rarissime iterabantur. Forte fortuna accidit ut nobis epistula authentica Hadriani I. ad legatos Caroli regis (J E. 2462) servata sit. Hanc in pontificia registra relatam esse veri simile est potestque fortasse etiam eius exemplar in curia Romana adservatum esse. Sed nisi quasdam rhetoricas locutiones premis, ita comparata est ut neque ad formulam quandam priorem concepta esse neque ipsa formulae vice adhiberi potuerit. Idem valet de documentis quae C. Pitra enumerat; nam iis ne in plenissimo quidem cancellariae manuali locus fuisset. Adde quod praeter corpus formularum singulae etiam formulae in scidis conscriptae sine dubio praesto fuerunt. Repetitio eorundem verborum quam in Ioannis VIII. chartis observamus, demonstrat cancellariam pontificalem re vera formulas extravagantes vel additamenta ad formulas uno volumine congestas habuisse. Inter id genus formulas extravagantes etiam formula Gregoriana, cuius Pitra facit mentionem, per saecula servata esse potest. Praeterea in usum cancellariae advocari etiam poterant epistulae maiorum quae in archivo adservabantur. Ut unum adferam exemplum, in posteriore parte epistulae ab Hadriano ad Carolum a. 775 missae (J E. 2419) haud pauca enuntiata ex epistula Stephani III. Pippino a. 756 inscripta (J E. 2326) ad verbum repetuntur; quare adparet Stephani epistulam loco formulae

adhibitam esse. Itaque opus non est Diurnum, cum sit in tironum usum scriptus, plene cumulateque perfectum esse et exempla unius cuiusque materiae continuisse; nam ad cancellariae sermonem discendum, qui in omnibus fere chartarum generibus idem recurrit, pauca exempla formularum suffecerunt. Atque ii etiam qui collectionem amplificarunt, quamquam numerum stili exemplorum augebant, tamen numquam eam omnibus partibus perfectam absolutamque reddere voluerunt.

Supra iam monui, in altera Diurni parte formulas occurrere quae non nisi formulae prioris partis noviter redactae sunt, sicut e. g. f. LXXVII qua aliquatenus f. XXXII repetitur, vel f. LXXXII quae, ut f. LX locum expleret, ad instar eius composita est. Nam quod inutiles et obsoletae formulae Diurno non remotae sunt, id in manuali sat mirum esset, sed non in scholarum libro, cum formulae quae temporibus mutatis in publico usu obsoleverant, erudiendis tamen tironibus inservire possent.

Illa aetate omnis quae ad rem grammaticam et ad dictamina spectabat institutio in verbis memoriter ediscendis versabatur. Itaque formulae quoque curiales tironum mente haerebant et adsiduo usu similium chartarum iterum iterumque in memoriam revocabantur. Inde patet eruditos notarios in chartis conscribendis non opus habuisse tirocinii librum ubique inspicere, sed ex memoria verba sollemnia usu trita adhibere potuisse. Etiam cum ex alia formula

in aliam transibant, consueta tamen dictaminum ratione utebantur. Ut exemplum eiusmodi operis quasi musivi adferam, donatio monasterii Soractis a Paulo I. Pippino regi scripta (J E. 2349) incipit ab enuntiato formulae LI., deinde media inter duo praecepta de concedendo monasterio (f. LXIV et LXV) modo ab hoc, modo ab illo dictionem mutuatur, postremo finitur sententia illa poenali *statuentes* . . ., quae iam dudum usurpata in alteram demum collectionem Diurni relata est; haec autem clausula finalis partim cum f. LXXXVI. partim cum f. XC. conspirat. Interdum sollemne dicendi genus ipsa illa formularum mixtione efficitur. Cum vero tota dictio singularum partium semper fere ex eodem verborum promptuario ad quod formulae redeunt, hausta sit, chartae ipsae non modo formulis propinquae, sed ex iis ortae putandae sunt.

Inde factum est ut liber in scholarum usum scriptus in manuale cancellariae abiret. Sed hoc tam sensim paulatimque effectum est ut dici nequeat, ex quo tempore Diurnus in usum cancellariae receptus sit. Ad quam rem duae quidem res contulerunt: et doctrina inminuta et inveterata Diurni auctoritas.

Iam ante annum 900 doctrina litterarum in curia decrescere coepit, de qua re Gregorii VII. etiam aetate frequentes querelas audimus. Quo magis notarii cancellariae pontificalis negotiis gerendis impares esse coeperunt, eo maiore anxietate et diligentia formulas propositas imitabantur. Itaque frequentes

saeculi decimi undecimique chartae propius ad formularum textum accedunt quam antea factum est. Sic Diurno propter longaevam et diuturnam consuetudinem in dies maior accessit auctoritas eaque impedivit ne postea mutaretur vel amplificaretur. Sine dubio cancellaria Romana alias recentioresque formulas adhibere debuit, sed extravagantibus contenta Diurnum vetustate sanctum de loco suo removere noluit. Neque adulescentes soli sollemnem curiae stilum ex eo discere perrexerunt, sed cancellariam quoque eum interdum in suum usum vertisse inde patet, quod saeculo undecimo ad mutatam temporum condicionem retractatus et emendatus est.

Talium rerum rationem habendam esse iam Rozière doctissimus ille omnium formularum a saeculo V. usque ad X. pertinentium existimator, docuit, et cum eo deinceps fecerunt omnes rei diplomaticae periti praeter C. Pitra. Hic enim aliud tulit iudicium, quippe cui nondum evictum esse videretur, Diurnum a cancellaria pontificali re vera ad chartas scribendas adhibitum esse. Ex eius sententia tum demum res extra omnem dubitationem posita esset, si chartae proferri possent singulae singulis formulis respondentes, ita quidem ut per singula saecula continuus harum formularum usus demonstraretur; cum vero negat id hucusque comprobatum esse, etiam existimat non facile comprobatum iri. At tale postulatum, etsi ad chartas tantum formulis similes (v. p. XLIII) restringatur, a limine reiciendum est.

Nam ab anno 604 usque ad 872, hoc est a Gregorio M. mortuo usque ad Ioannem VIII. electum, nos registra pontificum deficiunt, et ex huius temporis epistulis pontificiis eae tantum nobis notae sunt quae aut ex pristinis registris in corpora canonum transierunt aut in archivis destinatorum integrae manserunt. Sed harum paucarum epistularum natura ea est, ut non nisi cum exigua formularum parte consentire possint. Ad unum provocare suffecerit exemplum.

Si vocem privilegii ponimus et quidem latissimo sensu, in Diurni collectione prima una tantum privilegii formula exstat, in adpendice prima exstant sex, in collectione altera quattuordecim, in adpendice altera tres, in summa viginti quattuor privilegiorum formulae. Qui factum sit ut formulae tot accreverint, inde explicatur quod a saeculo VIII. medio pontifices, ut Liber pontificalis etiam testatur, ecclesiae instituta in sua dioecesi sita diligentius curare coeperunt, quam curam mox in omnes terras extenderunt quarum commercio pontifices, cum eorum auctoritas invalesceret, fruebantur. Sed statim quaestio difficillima adhuc non profligata exoritur, quatenus pontifices Romani ante et post annum 800 monasteriis exterarum gentium privilegia et iura donaverint. C. Pitra ipse non plus quam 29 id genus chartas enumerare potest quae annis inde a 741 usque ad 844 datae sunt. Sed vix una est quae a viris doctis in suspicionem non sit vocata. Neque

ego a me impetrare possum ut, cum summa cautione in re diplomatica utendum esse credam, plures quam decem ex his chartis fide dignas existimem. Quod cum respicimus, facile intellegitur, postulato illi Cardinalis Pitra ut singulae 24 privilegiorum formulae chartis eiusdem saeculi adlatis comprobentur, satisfieri non posse. Huc accedit alia res. Iam supra enim monui has formulas fere omnes praecipue ad monasteria diaconias xenodochia orphanotrophia quae pontifici ipsi suberant, pertinuisse. Sed inter hos fines paucissimae tantum antiquiores chartae supersunt, privilegiorum vero non nisi tria (J E. 2333, 2349, 2435). Quae cum plane congruant cum certis Diurni formulis itaque probent has formulas tum a cancellaria pontificum adhibitas esse, vix dubitari posse censeo, quin etiam reliquae formulae in usu publico fuerint. Sed haec exempla sufficiant, cum rem hic modo tetigisse, non vero ad finem perduxisse voluerim. Attamen alia infra mihi erit occasio, aliquot Diurni formulas cum chartis saeculi IX. usque ad XI. conferendi.

Nunc vero ad gravissimum argumentum accedo, quo iam Rozière adversus Marchesium nisus est, dico testimonium illud quod ex collectionibus canonum pro Diurni fide recuperari potest; cum autem C. Pitra hoc quoque argumentum contemnat, narrando explicabo, quid a scriptoribus canonum de Diurno comperiamus. Inter quos silentio praeteribo Ivonem, Anselmum Luccanum, Gratianum, quos veri

est simillimum eodem modo atque auctorem collectionis Britannicae notitiam harum formularum Cardinali Deusdedit uni debere neque suis oculis Diurnum cuius nonnunquam faciunt mentionem, vidisse. Quae vero capita Deusdedit ex libro Romanorum pontificum qui dicitur Diurnus (ibi enim primum hoc nomen legentibus fit obviam) deprompserit, nuper V. D. E. Stevenson nos docuit. Sed huius non intererat de ratione minutatim agere. Itaque in Prolegomenis sex illa capita collectionis canonum quae in codice Vaticano 3833 simulque in multo meliore cod. Parisino 1458 inveniuntur, in lucem emittam, et quo modo idem Cardinalis formulam x. in posteriorem *Libellum contra simoniacos* receperit, explanabo. Quae vero ex comparatione horum capitum cum Diurno colligi possint, iam hoc loco exponam.

Certe ut ex Diurno deprompta Deusdedit undecim capita significat, quae re vera in Diurno leguntur. Secundum enim dispositionem operis sui formulas alias aliis libris inseruit. Atque primum sub libri II. de clero inscripti capita 92—95 recepit formulas LXXXII, LXXXIII, LXXIV, LXXV, quae in Claromontano locum f. LXXIV, LXXV, LXXIX, LXXX. obtinuerunt. Ad extremum in libri IV. (de libertate ecclesiae) capitis 162. sectione 5. formulam LXXVI = Clar. LXXXI. addidit. Ad has autem accedunt in libri III. (de rebus ecclesiae) cap. 124—128 formulae Vaticanae LI—LIV, LVI, quae in Claromontano sunt LXI—LXIV,

LXVI; denique caput 129 formulae X. = Cl. XXI. respondet.

Quodsi ab ultimo capite discedis, Deusdedit, cum selecta tantum capita proferre vellet ceteraque proposita transiret, sine dubio exemplari quodam Diurni usus est, quod eundem formularum ordinem exhibuit atque Claromontanus quodque ad Claromontanum referendum est, non ad Vaticanum.

Textus autem Diurni et formularum a C. Deusdedit repetitarum si conferuntur, certe discrimina obviam fiunt quae et ad rem et ad sermonem adtinent. Utrum vero ea Cardinali adscribenda sint an exemplari ex quo hausit, h. e. Diurno Deusdedit, quem posthac DD. adpellabo, hauddum diiudicari potest, quantum quidem nunc res pervestigata et cognita est. In praesenti igitur id teneo discrepantias illas iam DD. tribuendas esse. Gravissima autem intercedit discrepantia inter libri II. caput 92 et formulam LXXXII, quae est Claromontani LXXIV. Qua re non mirum est cur hoc Deusdedit caput hucusque semper cum Holstenii formula VIII. = Roz. CVIII. conlatum sit, quippe quam Holstenius ad Diurnum augendum re vera ex codice Vaticano collectionis canonum petiverat, omissis, ne originem eius proderet, certis quibusdam indiciis. Ut unum modo proferam exemplum, pro temporis significatione *anno dominicae incarnationis* posuit *anno illo.* Recensio igitur qua usus est Deusdedit in l. II. cap. 92, licet undecimo demum saeculo orta sit,

tamen ad formulam LXXXII. referenda est, quae ipsa recensionem formulae LX. aetate certe recentiorem praebet. Discrepant quidem, cum post absolutam iam collectionem nonnullae formulae ad tempus mutatae sint, form. LXXXII et CVIII., nihilominus tamen pares habendae sunt.

Paulo accuratius alteram turmam formularum quae in Deusdedit libro III. leguntur, pertractandam mihi proposui, praesertim cum hae in altero etiam codice, scilicet Parisino exhibeantur, quo una cum codice Vaticano uti mihi licuit. — Externum discrimen inter rationem codicis DV. et duorum Deusdedit codicum in eo versatur, quod hi superscriptiones etiam praebent in quibus ad modum formularum pro nominibus *ill·* positum est. Plane simili modo superscriptioni capitis 126. l. III. illa verba legimus inserta quae in Diurno Vaticano locum rubricae occupant. Quod vero ad sermonis discrepantias adtinet, huc refero conatus illos formas grammaticas saeculi octavi proprias emendandi, quae tamen conamina ex parte non emendationes, immo depravationes existimanda sunt. Tum stilum quoque mutatum praecipue iis locis invenimus in quibus in propatulo est, auctorem formularum constructionem verborum missam fecisse; neque vero posterior ille recensor ubique rem bene expedivit. Quod ad rerum discrepantias pertinet, hanc modo ut gravissimam profero. Invenimus, ut iam monui, in collectionis canonum l. II. cap. 92 aetatem annis dominicae incarnationis significatam, quam

temporis computandi rationem curia Romana sero demum recepit. Eodem modo illa verba sollemnia *a praesenti ill· indictione* quae in Diurni formulis LI, LII, LVI. leguntur, apud Deusdedit commutata sunt in verba *ab hoc praesenti anno dominicae incarnationis millesimo et ill·*, id quod non ante saeculum undecimum factum esse posse patet. Negaverim vero hoc ipsum Cardinalem Deusdedit novasse; aliis enim operis sui locis eam temporis significandi rationem quam eius exemplar propositum exhibuit, retinuit.

Accedit res alia quae maxime premenda esse mihi videtur. Ex comparatione enim formularum quas Deusdedit ex Diurno deprompsit supra prolata intellegitur Cardinalem formulam LV = C. LXV. praeteriisse. Quam cur omiserit, in promptu est. Nam hoc ad patricium scriptum parvi aestimatum est a Deusdedit multoque minoris ab eo homine qui saeculo XI. Diurnum in usum cancellariae emendavit, quia tunc quidem non amplius patricius eodem sensu dicebatur atque saeculo VIII. quo haec formula in corpus erat recepta. Attamen formula LV. nequaquam eliminata, sed posterior eius pars praecedenti eandemque rem spectanti formulae LIV. adiuncta est. Haec enim est illa consuendi ratio quae in chartis secundum formulas dictandis adhiberi solita est, unde etiam intellegitur eum qui Diurnum saeculo XI. recensuit, rerum peritissimum fuisse.

Certe C. Deusdedit Diurnus diversus fuit a Diurno qualem quidem ex Vaticano et Claromontano cognitum habemus. Neque dubium est, quin DD. nova recensio illius Diurni fuerit quem Claromontanus exhibet; nam ordinem formularum in his duobus eundem fuisse iam monui. Atque maximi momenti est, quod textus cod. Parisini 1458 quam proxime accedit ad antiquum Diurnum, id quod omni dubitationi exemptum erit, cum textum ipsum in Prolegomenis in lucem emisero. Hic vero satis habeo unum idque validissimum argumentum proferre. In pontificum enim formulis plane inter se differunt pronomen *ille,* quod semper flectitur et casuum exitus fert, et *ill·* abbreviatum, quod ad nomen aliquod vel numerum significandum adhibetur. Forte fortuna certiores facti sumus hanc regulam a librario Claromontani pariter ac Vaticani ubique fere observatam esse; quin post trecentos etiam annos ab iis servata est quibus utrumque Cardinalis Deusdedit codicem debemus. Itaque in sex illis Diurni formulis quae in duobus Deusdedit codicibus repetuntur, vicies exstat compendium *ill·*, sed semel tantum librarius codicis Parisini *illi* pro *ill·* posuit. Econtra semel tantummodo in codice Vaticano collectionis canonum loco pronominis *illis* falso *ill·* adhibitum est. Cum tantus sit exarandi formulas consensus quem vix casui tribuere licet, haec duo colligo: primum librariis Romanis omnium saeculorum iniunctum fuisse, ut in formulis pontificalibus describendis summa ac minu-

tissima uterentur diligentia; deinde capita illa collectionis canonum quae in adhibendo compendio *ill·* consentiunt cum codicibus Diurni V. et C., ad Claromontanum et per eum ad Vaticanum ut fontem redire, licet alii codices medii intercesserint.

Ut vero summam disputationis ponam, Vaticanus et Claromontanus exemplaria praeclarissimi illius operis sunt quod indefesso illi compilatori et rerum investigatori Deusdedit sub Diurni nomine notum erat. Itaque de formularum collectione his codicibus exhibita eadem valent verba quae Deusdedit suae collectioni inscripsit: *omnimodis operam impendi, ut essent plenissima auctoritate quae hic congessi, quoniam sicut aliquos quibus haec placerent, ita non defuturos quosdam qui his inviderent, non ignoravi.* Atque negari nequit Cardinalem Deusdedit Diurno summam fidem aeque tribuisse atque Actis conciliorum, Romano pontificali, Registris pontificum aliisque ecclesiae operibus. Constat quidem eum nonnumquam in diiudicandis fontibus historiae ecclesiasticae errore deceptum esse vel eos non sine studio partium interpretatum esse. Nil vero hucusque prolatum est quod impediat, quominus eis quae de Diurno nobiscum communicavit et ex eo excerpsit, fidem habeamus. Itaque praecipue Deusdedit Cardinalis auctoritate nisus cum Rozièro eiusque praedecessoribus adfirmo, Diurnum usque ad undecimum saeculum in curiae Romanae usu publico fuisse.

Mihi de prioribus Diurni editionibus relaturo praecipue id exponendum est, quomodo illas ad meam parandam adhibuerim; nam opus non est de iis ipsis plura proferre, cum iam Rozière in copiosa editionis suae praefatione omnia optime pertractarit.

Editio princeps a Luca Holstenio curata est. Hic enim iam Parisiis apud P. Sirmondum, quocum ei summus erat usus, cod. Claromontanum cognovisse videtur. Idem postquam Romam demigravit, circiter anno 1641 in alterum codicem qui erat S. Crucis bibliothecae, incidit statimque Diurni edendi consilium cepit. Ad huius libri autem lacunas explendas auxilium a P. Sirmondo petivit, qui ei codicem Parisinum Romam transmisit. Qua re ei contigit, ut non solum textum sex priorum formularum (v. p. XII), sed etiam octo illas formulas in Claromontano solo traditas (v. p. XVI) recuperaret. Corpori ita aucto tria alia capita adiecit, quorum unum (Roz. CVIII), ut iam dixi, ex Vaticano codice collectionis canonum Deusdedit, alterum tertiumque (Roz. CIX, CX) ex Registro Gregoriano desumpsit. Quae omnia centum decem capita essent, nisi Holstenius f. LVII. eliminandam esse censuisset; quippe quam, etsi in utroque codice formulae LVIII. praemissa legitur, interpolationem ex *Ordine Romano* petitam haberet. Itaque Diurno centum novem formulas adtribuit. Cum vero formulas in utroque codice diverse dispositas invenisset, eas secundum argumenta digerere constituens in capita septem divisit. Hoc autem

modo enatus est *Index capitum quae hoc formulario continentur* (Ed. Holst. p. 1.), in quo singulis formulis singulae rubricae sunt adiectae. Sub inscriptione *Diversa privilegia apostolice auctoritatis* capita 91—109 exhibentur, in quibus septem capita nudam illam rubricam *privilegia* prae se ferunt. Sed cum ex hac sola satis intellegi nequeat, quae formula ex privilegiis sub eadem rubrica comprehensis significetur, textus ipsi in auxilium vocandi sunt. Itaque cognoscimus Holstenium formulam Vaticani IC. quae mutila est, loco f. CIX. collocare voluisse. Liber iam usque ad quaternionem decimum quartum vel pag. 224, quae initium formulae C. (usque ad *perennibus ac perpetuis temporibus* — v. p. 132 $_{21}$ m. e.) praebet, typis erat impressus, cum subito opus intermissum est. Nam illud *imprimatur* denegatum est. Postquam Holstenius anno 1661 vita decessit, Card. Barberini operam dedit ut opus illud tandem in publicum prodiret. Sed tunc Ioannes Bona, Congregationis Indicis consiliator, iudicio suo decrevit, ne hic liber, cum notae editoris deessent neque reperiri possent, publicaretur. Quam ob rem liber non publici iuris factus, sed a. 1662 in carcerem Vaticanum contrusus est.

Benedicti XIII. demum temporibus perpauca exemplaria pervulgata sunt. Quo modo hoc factum sit, adhuc in tenebris iacet. G. Marini interroganti a. 1774 episcopus Auximensis Pompeius respondit, familiares Benedicti XIII. papae qui cum eo

Benevento Romam venerant, forte fortuna editionem repperisse et, cum nihili aestimarent, temere abiecisse. Quae res ita fuisse mihi non videtur. Immo vero illi Beneventani editionem decurtatam perficere voluerunt et ad hunc finem et ultimum quaternionem et duo folia praemittenda typis imprimi iusserunt. Priori autem foliorum hunc titulum inscripserunt: *Liber diurnus R. pontificum ex antiquissimo codice manu scripto, nunc primum in lucem editus studio Lucae Holstenii. Romae typis Iosephi Vannacci* MDCLVIII. In altero folio nota legitur, quam ab ipso Holstenio scriptam et relictam esse existimo. Ex quo haec repeto: *id unum censui non praetermittendum quod, cum in codice frequenter habeatur haec nota ill· . . . . typographo placuit eam sumere ut pronomen ille suis utcumque casibus inserendo.*

Huius autem auctioris editionis exemplaria iam suo tempore rarissima fuisse Schoepflinus in *Commentationibus historicis* pag. 499 testatur, cui duo tantum nota fuerunt. Tertium ex libris Card. Prosperi Marefoschi ab eius nepote bibliothecae Sessorianae dono datum est. Quartum Card. Febroni possedit. Ad nostram autem aetatem, quantum certo comperi, tria tantummodo exemplaria pervenerunt. Duo Romae conquisivi, unum in bibl. Vaticana, alterum in bibl. Vittorio-Emanuele; sed edoctus non sum unde sint adquisita neque num eadem sint atque ea quae Schoepflinus viderat. Tertium ex libris Card. Febroni a. 1727 mortui in bibliothecam Pistoriensem dictam

Febronianam translatum ibi hodie quoque adservari, per litteras certior sum factus. Exemplar autem Sessorianum quod testibus Daremberg et Renan a. 1849 in S. Cruce exstabat, exinde sublatum est et, si non periit, nescio quo loco latet.

Sed ut ad editionem illam describendam revertar, iam supra significavi, quae fuerint verba tituli post impressi. Quaternionis decimi quinti septem tantum paginae typis impressae sunt. Pag. 225—226 extrema pars formulae C. = H. CVI. legitur eaque ex Garnerii VII, 21 repetita. Formulam vero H. CVII. deesse, hoc modo explicandum est. Ii enim qui temporibus Benedicti XIII. ultimum libri quaternionem addendum curabant, privilegium illud quod ab Holstenio in indice formularum ut f. ultima vel ut H. CIX. promissum erat, in editione Garneriana non reppererunt nec noverunt id exstare et in codice S. Crucis et in supplemento a D. Mabillonio publicato. Ut nihilominus collectionem capite 109 absolvere possent, pag. 226—230 formulam CI. ex Garnerio desumptam loco capitis CVIII. collocarunt, quamquam eam in indice CVII. locum continere significabatur; eodemque modo pag. 230—231 formulae CII. ex Garnerii VII. 23 haustae, quae in indice locum CVIII. habuit, locum CIX. dederunt.

Quem ad modum autem editione Holsteniana in mea editione adornanda usus sim, iam hic commemoro. Primo enim loco omnes Holstenii lectiones

profero, quas nota H significo. Cum autem pag. 225—231 ex Garnerio tantum fluxerint, earundem lectiones litteris G H insignivi. Sed in rubrica f. CII. etiam index ab Holstenio ipso editus respiciendus est, cuius lectionibus signum H[1] adpono, cum ad scripturas quae ex Garnerio in partem illam postea typis exscriptam transierunt, designandas notam H[2] elegerim.

Huius etiam loci esse puto referre de notis quas Holstenius ad inlustrandam suam editionem praeparaverat. Eo tempore quo in Congregatione Indicis de hac re agebatur, eas non esse repertas iam monui. Saeculo vero XVIII. eas in bibliotheca Card. Zelada adservatas esse, nobis testis est Zaccaria, qui has notas quarum apographum apud G. Marini inspexit, nec ordinatas nec perfectas invenit (cf. Rozière Introd. 183). Auxilio V. DD. I. B. Rossi adiuto hoc apographum Cod. Vaticano 9114 insertum examinare mihi licuit; notas autem, cum mihi inutiles esse viderentur, intactas reliqui.

Zaccariae Dissertatione nisus iam Rozière fusius de eo egit exemplari, quod quattuordecim tantum quaterniones impressos complectens et titulo ab Holstenio ipso conscripto instructum Congregationi Indicis propositum est, cui Bona in paginula Holstenianum titulum sequenti iudicium adscripsit. Quod quidem exemplar priore saeculo in archivo Vaticano adservabatur; c. a. 1730, ut in catalogo a D. Depretis custode archivi composito legimus, *Hol-*

stenius Diurnus pontificum in armadio XI. *s. n.* 19 receptus erat. Nunc vero hoc exemplar, ut mihi pro certo adfirmabatur, nec in armario XI. nec in aliis archivi forulis invenitur.

Deinde P. Ioannes Garnerius S. I. anno 1680 alteram editionem curavit, quae Claromontano solo nititur, nisi quod in praefatione indicem formularii Vaticani (v. pag. XV) expressit. Quanti autem haec editio aestimanda sit, infra dicam.

Tum anno 1685 D. Mabillon Romae versatus editionem Garnerianam cum Vaticano contulit. In *Musei Italici* enim tomo I. eas formulas foras dedit quibus Vaticanus prae Claromontano abundat; praeterea permultas aliarum formularum lectiones Vaticanas exscripsit ibidemque edidit. Has in editione mea non repetivi, quia Mabillonius cui haud magnum otium fuit codicem diligenter conferendi, nonnullas scripturas aut neglegentia praeteriit aut falso exscripsit, cui rei testimonio esse possunt quae de f. LXXXIII. enotavit. Tamen lectiones quas ad f. XIX—XXI, LXXVIII—LXXX, XCIX. pertinentes excerpsit, ego quoque recepi, quia in his capitibus, editione Holsteniana suppressa, Mabillonii editio princeps est existimanda.

Postremo alii viri doctissimi, ut Rozière narrat, Diurno studium navarunt eumque edere in animum induxerunt. Optime Baluzii studia creverant atque tantum processerant, ut textum iam constitutum adnotationibus instrueret et partem praefationis con-

scriberet. De qua re Rozière bene meritus est, quod Baluzii manu scriptum investigavit et ad suam editionem parandam adhibuit; in primis autem eius lectiones protulit, quas ego quoque littera B notatas repeto. Quas ad lectiones quod adtinet, duae tantum earum (cf. p. 124_{16} et 132_{15}) a Rozière fortasse prave commemoratae sunt. In formulis autem digerendis Baluzius duabus exceptis Vaticanum secutus est, quibus octo illas in Claromontano tantummodo exhibitas addidit: in fine denique Holstenii exemplum imitatus alias sex formulas ab ipso excogitatas adiunxit. De textu autem editionis Baluzianae paulo infra agetur.

Cum editio Garneriana in dies magis raresceret, ter repetita est. Primum in *Nova scriptorum ac monumentorum collectione* quam edidit Chr. G. Hoffmannus Lipsiae 1733, tom. III. ubi pag. 41—268 Garnerii editio typis iterata est; addita vero sunt supplementa et lectiones quas D. Mabillon ex codice V. publicaverat. Deinde prodiit *Liber diurnus secundum editionem Parisiensem recusus* Viennae Austriae 1762, cura P. J. Rieggeri, qui variantes tantum Mabillonii lectiones ad formulas in editione Garneriana editas adiunxit. Denique anno 1851 D. Pitra, tunc quidem abbas Sollemnensis, eandem editionem tertio typis exscribendam curavit in *Patrologia lat.* edit. Mign. tom. CV. col. 9—188, cui item supplementa et observationes D. Mabillonii addita sunt.

De novissima Rozièri editione iam pag. IV. tractavi. Itaque restat tantummodo, ut profitear me nullam meliorem edendi rationem inire potuisse quam qua hic editor proximus usus est. Quodsi tamen mihi successerit ut propius ad propositum pervenirem, id ea tantum re factum esse scito, quod ipse oculis meis Vaticanum illum codicem solum superstitem inspicere potui. Quo nisus planius quam Rozière potuit, rationes quae in Diurno edendo adhibendae sint, explicare posse mihi videor.

Ante omnia autem ambitus Diurni constituendus erit. Iam vidimus amplam collectionem Diurni Vaticani paulo ante annum 800 absolutam fuisse. Eidem aevo Carolino tribuenda est collectio auctior vel DC., attamen est aliquantulo minor aetate quam illa. Recensionis saeculi undecimi (cf. pag. LIV), quam locupletiorem fuisse non negaverim, additamenta prorsus ignoramus. Itaque nobis nihil aliud agendum est, quam ut Diurnum aevi Carolini edamus eumque talem qualis et Hadriano I. pontifice erat et tum cum paulo post adpendicem alteram accepit. Neque iusta est causa, cur ullam ex eius centum septem formulis vel etiam ullius formulae partem omittamus, ut Holstenius qui formulam LVII. sustulit, vel Garnerius qui posteriorem formulae CIII. partem suppressit, cum id quod ipse de originis tempore totius corporis statuerat, temporis indicio ibi commemorato ad incertum revocatum esset. Ut vero non licuit Diurnum amputare, ita additamentis ex libidine

factis non erat amplificandus. Cuius rei faciendae Holstenius initium ceperat (v. pag. LVII). Sed Garnerius hac amplificatione, dummodo hoc unum quod infra nominabitur excipias, totus fere abstinuit. Nam etsi formulae LXXV. indiculum Bonifatii Maguntinensis et f. LXXXIII. professionem pontificiam a posterioribus canonum collectoribus exhibitam parallela adposuit, tamen diserte professus est haec duo documenta nihil ad Diurnum pertinere a seque ideo tantummodo adferri, ut altera formula ex altera emendaretur. Multo vero longius quam Holstenius (v. pag. LXIII) in Diurno locupletando Baluzius progressus est, qui singulas etiam formulas ad arbitrium auxit. Pag. LIV. vidimus in Diurno quo Deusdedit usus est, f. LV. omissam, eius vero finem cum f. LIV coniunctum esse. Atque quamquam Garnerius hanc rem bene observaverat, licet falso explicuerit, et quamquam Baluzius concedere coactus est hoc enuntiatum non exstare in veteribus Diurni exemplaribus, tamen f. LIV. ita auctam edere voluit. Paulo infra ostendam Baluzium in aliis etiam rebus codicis Deusdedit auctoritate ductum esse. Iure igitur Card. Pitra hanc Diurni deformationem vituperavit. Neque vero hoc novissimo editori Rozière crimini dari potest. Nam Diurnum ea finivit formula qua Vaticanus desinit. Quas autem octo formulas codicis Claromontani sequi iussit, eas nomine adpendicis I. comprehendit atque quamquam in adpendicibus II–IV. omnia capita repetivit, quae Diurni esse priores

editores putaverunt, tamen rem diligenter explicando praecavit, ne falsa de hac re exsisteret opinio. In una tantummodo re Rozière extra cancellos egressus est quos sibi ipse constituerat, sed ipse in Addendorum p. 447 causam explanavit. Versus ultimus ultimae plagulae codicis Claromontani rubricam formulae CVII. continebat, quam iam Holstenius (v. eius f. LXIII.) excusserat, adnotans formulam ipsam deesse in manu scripto. Qua re non contentus Garnerius III, 2 textum formulae protulit, reticens se eum ex una de editionibus Ordinis Romani, in qua scriptori cuidam metropolitano adtributus erat, desumptum consulto in formulam summi pontificis mutasse. Baluzius autem, etsi originem huius capitis bene cognoverat, tamen Garnerii exemplum sequi voluit. Neque vero Rozière aliter fecit formulam CVII. adpendici primae tribuens, quamquam eam in sequentes adpendices debebat recipere. Ut equidem hanc formulam suppositiciam ex editione mea omnino removeam, alia etiam re adducor. Nam sententia huc usque pervulgata hanc epistulam et in Diurno (cf. etiam M G. LL. V. p. 566) et in alius generis formulariis infuisse, certe in causa fuit cur falso coniceretur, Diurnum extra Romam notum fuisse et ad alias formularum collectiones parandas adhibitum esse.

At non solum ambitum formularii antiquiores editores mutaverunt formularumque ordinem, id quod iam antea exposui, inverterunt, sed etiam formam Diurni genuinam ipsam obscurarunt et sermonem ut

tunc erat moris et orthographiam plus minusve retractantes. Quae res quamquam iam a Rozière inlustrata est, mihi quoque demonstranda esse videtur. Attamen ut rationem qua priores editores in textu constituendo usi sint, aperiam, editionem alteram anno 1680 paratam mihi praecipue tractandam propono, cum Garnerius solus de sua edendi ratione pluribus disputarit. In praefationis enim cap. XVI. ita loquitur: *quantum laboris poni debuerit in emendando codice quem imperita manus describendo vitiaverat, vix ego ipse mihi credo; religiose tamen cavi, ne quid corrigerem praeter soloecismos ineptasque vocum vel transpositiones vel distractiones vel coniunctiones vel repetitiones vel etiam omissiones: correxi vero, quotiens licuit, non aliunde quam ex libris unde formulae desumptae sunt, praesertim ex Regesto Gregorii M. aliorumque pontificum epistolis.* Vides igitur Garnerium non verum sincerumque Diurnum praebere, id quod etiam de Holstenio et Baluzio valet. Quam rem eo magis dolemus quod alterum codicem iam non habemus. Itaque Garnerius, quippe qui sibi persuaserit se bene in hac re versari, lectiones c. Claromontani non adfert, duobus tantum locis exceptis ubi Claromontani verba in notis citat, ut demonstret quantopere *loci miserabiliter corrupti et perturbati sensu careant.* Quae duo exempla cum vix sufficiant ad codicis C. indolem penitus cognoscendam, necesse est textum ipsum ab illis editoribus exhibitum examinemus. Qua in re discerno eas

formulas quae Claromontano solo traduntur, et illas quae Claromontani et Vaticani communes sunt. Ex illis primum eximo f. CIII—CVI, quippe quas non solum per Garnerium et Baluzium noverimus, sed etiam per Holstenium qui, ut ex eius editione cum Vaticano comparata discis, accuratius quam posteriores editores textum libri manu scripti secutus, dignus est cui quod etiam f. CIII—CVI. adtinet fides habeatur. Huc accedit quod nec Garnerius nec Baluzius, cum Holstenii editionem non cognoverint, ex hoc pendere potuerunt. Itaque videor mihi non sine causa hoc conicere, omnes lectiones Holstenii, Garnerii, Baluzii communes ad Claromontanum ipsum referendas esse, et cum in his quattuor formulis tres illae editiones nec pluribus locis nec multum inter se discrepent, nobis fit potestas textus Claromontani, qualis forsitan fuerit, recuperandi. Quae vero verba formularum C—CII. in Claromontano fuerint, ex Garnerii et Baluzii editionibus bene intellegere possumus, quamquam deest testimonium Holstenii.

Iam Garnerius animadvertit formulas C—CVI. a. praecedentibus sermone respecto abhorrere. Quam discrepantiam minime negaverim. Sed ut Garnerio adsentiar qui sermonem earundem formularum corruptioris latinitatis documentum esse duxit, a me impetrare non possum. Rectius quam ille iam D. Mabillon aliique viri docti eius aequales iudicarunt, latinitatem aevo Hadriani et Caroli M. ad multo maiorem

severitatem et elegantiam rediisse. Quod quidem iudicium hodie satis agnitum nobis quoque singulas Diurni partes examinantibus denuo probatur. Certe formulae adpendicis II. a me constitutae puriorem et politiorem latinitatem praebent quam formulae Diurni Vaticani I—XCIX. Nam quamquam in illis *concinnatione* loco nominativi (pag. 132_{16} Holst. auct.) vel *de diversas portas* legimus, tamen, si in universum spectas, grammaticae regulae bene sunt observatae. Neque vero hac re sola factum est, ut ne unus quidem locus obscurus nos offendat, sed totus sententiarum conexus totusque stilus melius simplicius perspicacius decurrit, vel in illa formula CVI. quae prae ceteris maxime rhetoricam dicendi rationem redolet. Ita autem scribi tum demum in curia Romana coeptum est, cum ibi quoque studia antiquitatum renovata sunt, dico inde ab Hadriani aetate.

Nunc vero ad illa Diurni capita transgredior quae Claromontanus cum Vaticano communia habebat. Quorum in numerum referendi sunt loci illi duo quos Garnerius ut exempla dictionis codicis Claromontani protulit; sunt autem meae editionis p. 53_{3-8} et p. 105_{24}—106_{4}. Unus quem Garnerius sine dubio non totum enotavit, hac certe re textum Vaticano meliorem praebet, quod *hortatu* pro *hortatus* et recte ablativum *singulari interventu* a verbo *indigere* pendentem pro *singularem interventum* exhibet; attamen in eo eadem atque in Vaticano legitur prava constructio *ferocitatem* . . . *indi-*

geant. Altero loco sana lectio reperitur *humilitatis,* quae in Vaticano in *humili* detruncata est, sed insunt etiam duo menda sensum intricantia, nempe *ad locum* pro Vaticani *alloquium* et relativum *quae* pro copula *quae* Vaticano tradita; insuper librarius Claromontani *affatum,* quod exstat in Vaticano pro *afflatum*, in *affectum* mutavit, qua coniectura locum non emendavit, immo depravavit. Ex his igitur exemplis adlatis certe intelleges Garnerium iure de imperita manu quae codicem vitiaverit queri, mihique adsentieris adfirmanti hanc quidem Claromontani partem vix Vaticano meliorem fuisse. Quae mea sententia alia etiam observatione stabilitur. Si enim in corruptissimos Vaticani locos incidimus et quaerimus quid in Garnerii et Baluzii editionibus sit scriptum, has raro tantum inter se consentire reperimus. Quae editionum discrepantia demonstrat utrumque editorem ea quae codice manu scripto tradita invenit, inutilia iudicasse locosque illos vario modo emendare studuisse (cf. pag. 20_{18}, 31_{5}). Licet igitur fieri nequeat ut quid in Claromontano scriptum fuerit quibusque litteris ac formis, ex editionibus illis perspiciamus, tamen id possumus colligere, Claromontanum, ut Garnerius recte contendit, mendis scatuisse idque iis potissimum locis qui etiam in Vaticano claudicant. Quibus locis omni emendandi studio abstinere optimum esse inferius probandi mihi erit occasio.

Hic vero in animo est ostendere auxilia etiam quibus priores editores usi textum emendatum recu-

perare voluerint, non apta fuisse quae ad corrigendum adhiberentur. Cuius rei pauca exempla adferam. Sane quidem intellexerunt f. XLVIII. referendam esse ad epistulas Gregorianas J E. 1377, 1388, 1397. Quod quamvis verum sit, tamen licitum non fuit eas ad formulam emendandam vocare. Qualis enim fuerit textus autographorum quae dicimus, nunc quidem ignoramus, quippe quem ex apographis tantum secundi tertiive gradus cognitum habeamus, quibus quod singulas locutiones verborumque figuras adtinet non plus fidei tribuendum est quam Diurno ipsi. Huc accedit quod tres illae epistulae multifariam inter se discrepant, ita ut altera exsistat quaestio, quam praeferamus. Pag. 39_{12} enim Vaticanus *providimus* praebet, quod quamquam ei Garnerius et Baluzius *praevidimus* = J E. 1377 praetulerunt, J E. 1388, 1397 confirmatur. Pag. 39_{14} Garnerius *ambigis* in textu posuit adnotans *ambigimus apud Gregorium.* Huic formae re vera J E. 1388, illi autem *ambigis* J E. 1397 est testimonio. Vel ut alterum exemplum proponam, ad clausulam f. XCV. illam pag. 124_{18}—125_{4} testandam multi possunt adferri loci, ut J E. 2173, 2435, 2437. Quod si verba *vos procurantes* respicis, pro iis chartae modo citatae exhibent *vobis procurantes, vos procurante, a vobis procurantur,* non scripturam quam Garnerius aliam fortasse chartam secutus protulit *vobis procurantibus.* Neque dubito quin hoc loco et qui autographa conceperunt et qui ea postea descripserunt, varias con-

struendi rationes tentaverint. Sed quem ego quidem sequar? Putaverim hoc loco optime *vos procurantes* retineri, quod idem in f. LXXXVII. p. 115_7 et in J L. 3742 legentibus fit obviam.

Simili modo reiciendus mihi videtur esse omnis conatus Diurnum aevi Carolini secundum textum quarundam formularum, qualis libris Deusdedit manu scriptis traditur, emendandi; qua libidine inter ceteros Baluzius longissime abreptus est (cf. p. LXV). Ne autographa quidem ad corrigendum iure possunt adhiberi. Nam cum maior earum quas nunc habemus bullarum originalium copia posteriorum sit temporum, licet aliqua plus minusve cum his Diurni formulis concinat, tamen reputare debebimus fieri potuisse, ut dictatores non hunc quem nunc novimus Diurnum, sed recensionem quandam recentiorem ad manus haberent ipsique, ut solebant, commutationes formulae alicui adferrent. Quam rem ut inlustrem, duo Benedicti VIII. autographa eligo. In J L. 4001 anni 1014 arenga f. XXXIII. repetitur. Haec autem formula meliore qua est scripta latinitate excellit, qua re P. Ewaldii (Neues Arch. VII, 599) coniectura hanc formulam Gregorii I. temporibus adscribentis maxime fulcitur. Neque in prooemio huius formulae quidquam est quod indigeat emendationis. At eo plus arenga autographi rebus orthographicis et grammaticis respectis ab huius formulae prooemio differt (e. gr. *nulla refragationem, contraendi dubietas, auctoritas annisus*). Certe igitur dic-

tator anni 1014 multo minus latina lingua doctus erat quam Gregorii I. notarius. Itaque ex hac charta nihil ad emendandam f. XXXIII. petas, nisi forte eam vis depravare. — Prorsus aliter res se habet in altero eiusdem pontificis J L. 4042 autographo anno 1022 emisso, ad quod concipiendum eodem modo atque ad multas aliasque bullas f. XLV. *de usu pallei* adhibita est. Qua in charta etsi melius quam in formula laudata scriptum est *sole contenti*, tamen tam pravae etiam scripturae reperiuntur, sicut *nequam, previgiles*, ut ad formulam emendandam apta nequaquam sit. Quibus duobus tertium addo exemplum. Est enim charta Leonis IV. anno 854 emissa = J E. 2653, quae ad codicis Claromontani aetatem proxime accedit. Qua in charta originali manifestum est dictatorem sanctionem negativam formulae CI. imitatum esse. Certe quidem concedendum est nos hanc formulam ex editionibus tantummodo Claromontano codice nisis nosse fierique potuisse, ut haec ab editoribus emendaretur; attamen sanctio illa in charta ita est comparata (*temerario ausus, promulgatum, sciad, deficiant*), ex qua vix unam probabilem emendationem recipere possis.

Quod inter formulas LXXIII, LXXXIII, LXXXIV. et acta conciliorum universalium I—VI. haud parva argumenti similitudo intercedit, saepe et acriter certatum est, utrum ea quae Diurno memoriae produntur, cum in actis conciliorum nobis traditis nec commemorentur nec confirmentur, fide digna sint necne.

Sed hanc discussionem hoc loco missam facio. Altera vero est quaestio quae hic erit solvenda, num Diurni textum canonibus conciliorum in auxilium vocatis corrigere liceat. In universum si spectas, hoc propter dubiam fluctuantemque canonum traditionem licitum non erit. Sed ubi librarius Vaticani vel ignorantia vel neglegentia erravit, ut pag. 99_4 vel 101_1, verba actorum conciliorum, quoad sunt constituta, recepi. Neque vero Garnerium sum secutus qui totum enuntiatum formulae LXXXIV. pag. 98_{12} a loco quem in Vaticano et Claromontano obtinet, in alium transmisit. Nam quamquam negandum non est hoc enuntiatum ad concilium quintum pertinere et per incuriam tantum notarii cuiusdam cum decretis concilii quarti coniunctum esse, tamen hoc loco traditio Romana, quippe quam uterque codex testetur, utique respicienda esse mihi videtur.

Licet igitur a me impetrare non possim ut Diurnum editurus Holstenii, Garnerii, Baluzii vestigia persequar, tamen eorum conatis obtrectare nolo. Nam rationes quas hodie in libris edendis sequi solemus, minime noverunt potiusque textuum traditorum commentatores quam editores haberi voluerunt. Constat certe in codice Vaticano sat magnum numerum corruptorum obscurorumque locorum deprehendi, id quod de Claromontano quoque valere iam vidimus. Qua de causa ut melius faciliusque intellegantur, necesse erit similia circumspici et adferri. Quod opus a doctis saeculi decimi septimi

hominibus incohatum nobis quibus uberior materia praesto est, erit exsequendum. Atque spero ex chartis diligenter cum formulis comparatis permulta eiusdem aut similis rationis exempla redundatura esse, quibus recta formularum interpretandarum via et aperiri et muniri possit. Sed eius qui hodie textum editurus est, praecipuum officium esse debet Diurnum talem qualis codice traditur, foras emittere. Cui rei quamquam operam dedi, tamen simul intendere licuit, ut formulae paulo faciliores ad intellegendum lectoribus redderentur. Itaque discrepantiis orthographiae exceptis omnes omnium editorum lectiones, sive eas probavi sive improbavi, in adparatum criticum recepi, quibus textus ipse hic illic apertior factus est ad intellegendum. Hic illic ipse viam explicandi in adnotatione critica monstravi; alii loci partim in indice, partim in Prolegomenis explanabuntur. Quoad autem verba etiam codicis Vaticani in rebus pusillis emendaverim, postea dicetur.

In universum enim censeo formulas quoad fieri possit intactas relinquendas esse. Nam cum eo fine conceptae essent, ut ad imitandum proponerentur, a librariis medii aevi, id quod statim Vaticano usus exemplo ostendam, singulari cum diligentia transcriptae sunt. Quamvis autem singuli librarii et severum praeceptum et suum consilium susceptum sequerentur, tamen factum est ut eorum exemplaria descripta a prioribus aliquid differrent, cum aut per imprudentiam incuriamque legendi scribendive pecca-

rent aut opinati priorem librarium errasse consúlto textum mutarent, studio emendandi commoti. Quae emendandi libido maior minorve fuit, prout singuli scriptores latinae linguae erant periti. Sed licet a librario parum docto dictiones minus aptae vel lectiones prorsus obscurae in textum sint invectae, tamen religione sequentium librariorum plerumque retentae sunt, ita ut nunc inter formularum proprietates sermonis sint referendae. Cuius rei exempla etsi ex alio litterarum genere desumpta congessi in *Actis Carolinorum* 1, 162, quae et formularum et diplomatum autographorum sunt. Neque in usurpandis melioribus peioribusve dictionibus ulla constantia observatur, quia hominibus illius aetatis linguarum scientia discernendique facultas adeo deerat, ut singula loquendi discrimina nec sentirent nec intellegerent. Itaque nos non debet miros habere, quod in una eademque formula vel charta usus sermonis sibi non convenit. Quae res quamquam ita se habet, nihilo tamen setius dicendum est, librarios formularum textum propositum, quantum noverant, diligenter imitari studuisse.

Sed ad formulas pontificias revertor de quibus hic agimus. Quotquot earum ex epistulis Gregorii M. depromptae sunt, eas initio certe sermonem quo tunc curia utebatur, prae se tulisse et successu tandem temporum librariorum temeritate, ita ut Vaticano exhibentur, vexatas esse putandum est. Cum vero autographa saeculi VII. et VIII. iis respondentia

nos deficiant, eorum mutationes animo accurate persequi iam nequimus. Neque quae ratio inter formulas adpendicis primae et chartas respondentes intercedat, examinare possumus. De hac una autem re licet nobis iudicare, utrum formulae antiquiores quae anno circiter 800 in Vaticano repetitae, et recentiores quae eo tempore additae sunt, quod stilum et rem grammaticam et orthographiam adtinet, cum ceteris documentis curialibus quae eisdem temporibus adscribuntur, conveniant necne. Quae si perquirimus, has Diurni formulas cum perpaucis autographis saeculi noni incipientis dicendi usu respecto plane concinere facile edocemur. Sed sunt alia etiam litterarum monumenta quae cum Diurni formulis apte possunt conferri: dico litteras pontificum codice Carolino conservatas et vitam Hadriani I. genuinam. Illae, etsi ex apographis tantum secundi gradus atque iis diligentissime scriptis nobis notae sunt, mirum in modum, si verborum formas, rem grammaticam orthographiamque respicis, cum Diurni formulis congruunt. Eandem denique dicendi consuetudinem prae se fert vita Hadriani I.; qua re nisus iam p. XXXVIII codicem Diurni Vaticanum huius pontificis aetati adtribui.

Quodsi, ratione consilii quo erant formulae conscriptae habita, nostrum esse putamus eas quam exactissime edere, hoc negotium ea re mihi facile fit, quod Diurnus qualis quidem sub Hadriano I. pontifice amplificatus est, uno codice manu scripto

qui eisdem temporibus adscribendus est, traditur. Sed haud recte ageres, si Vaticanum accuratissime describeres et typis exprimendum curares, cum ipse lectori inutiles difficultates parares. Refertus est enim codex manu scriptus scripturae mendis quae ex neglegentia librarii orta et, cum inter proprietates formularum non sint referenda, emendanda sunt. Sed priusquam ad Diurnum mendis purgandum adgrediamur, necesse est inter nos de emendandi finibus conveniat.

Quos ut constituamus, mihi ratio et indoles codicis V. accurate erit ponderanda. Primum igitur de locis iam correctis referam, deinde de erroribus a librario commissis et nunquam sublatis. Quo modo autem librarius ipse scripserit, ex duobus facsimilibus perspicies quae huic editioni adnexa iam hic cito, quamquam alterum (facs. II) Prolegomenis reservo edendum.

Cum vero quibusdam locis una tantummodo littera correctionem perpessa sit, difficile est dictu quando et a quo emendatio sit facta. Attamen correctorum manus, quoad opus erit, conabor discernere. Sub nomine igitur manus recentioris omnes lectiones comprehendo quae triginta vel quadraginta annis post enatae esse mihi videntur. Id genus autem exempla, si vocum additamenta addas, octo tantum numeravi. Inter quae satis habeo hoc loco commemorare p. 40_8 figuram verbi *recepit* linea adiecta in *recipit* mutatam et p. 66_{15} litteram *m* iam

evanidam renovatam esse: ambae autem scripturae saeculo demum XVII., postquam codex est repertus, correctoris manum expertae esse videntur. At saeculo nono adtribuenda sunt et vox *vita* in margine adiecta pag. 130_1 et quattuor illa pag. 89 congesta *secundum Matthaeum* etc. et syllaba *ti* pag 93_2 dupliciter correcta. Has solas litteras *ti* in textum recepi, cum qui antea scriptus fuisset verbi exitus, iam non posset cognosci. In universum autem mirum est, quod haud multae correctiones aut glossae saeculi noni inveniuntur. Quam rem inde factam esse puto quod verecundia qua Diurnus colebatur, impeditum est quominus textus formularum mutationes reciperet. Multo vero maioris momenti esse mihi videtur, quod in codice ne vestigium quidem exstat ullius saeculorum septem deinceps sequentium scripturae. Qua re hoc Diurni exemplar in usu esse desiisse et ab oculis hominum remotum fuisse (v. pag. XXVI) conicere licet.

Quas reliquas frequenter invenimus scripturas correctas, aut manui primae aut manui alteri aequali adtribuo. Quibus locis inter has duas manus certe discernere non potui, ut p. 38_{10}, neutram adnotavi. Plerumque vero manus altera pallido atramento, scriptura cursiva, ligaturis adhibitis quae librariorum saeculi octavi propriae erant, facile dignoscitur. Eiusmodi autem lectiones correctas, cum eiusdem aetatis esse videantur, fere omnes in textum recepi. Sed priusquam de eis disputem, lectiones m. primae

mihi sunt pertractandae. Ex maxima parte lectionum a manu prima profectarum intellegitur, librarium severissime vestigia exemplaris propositi pressisse; nam statim si quo loco erravit, mendum animadvertit correxitque, priusquam sequens adscripsit verbum. Usus est igitur maxima diligentia, quae sub finem tantum codicis eum defecisse videtur. Constat quidem librario interdum obtigisse, ut litteras iam scriptas iterum poneret. Tali modo pag. 24_{20} illud *scrisnio* exortum est, quod posteriores fugit correctores. Pag. 74_1 (facs. I) post *scri* complures litterae repetitae erant, quae statim sublatae sunt, priusquam syllabae sequentes *nio* scriberentur. Tum simili modo pag. 74_7 (facs. I) pro omisso *ill·* brevius *il·* extemplo insertum et ib. $_{17}$ *p(ro)emio* statim in *p(re)-mio* correctum esse videtur. Quod in eadem codicis pagina iterum *proemium* at paulo infra *premium* legimus, iam in exemplari proposito orthographiam fluctuasse certe statuendum est.

Quod ut contendamus cogimur ea re, quod videmus pag. 35_1 ex *epistulis* lectionem *epistolis,* pag. 71_{11} ex *epistolam epistulam* factam esse. Si denique librarium pag. 42_8 *redideris* in *reddideris* mutantem deprehendimus, iam in antiquiore codice *reddideris* pro genuino *credideris* scriptum fuisse putandum est. Librarium autem re vera secundum exemplar propositum menda emendasse testimonio est, quod litterae omissae plerumque adiectae sunt eaeque modo supra lineam (v. facs. II) modo in margine, ut pag. 98 et

110. Neque minus saepe litterae supervacaneae aut perperam scriptae manu prima statim erasae sunt et spatium litterarum sic sublatarum aut vacuum (ut facs. I) relictum est aut aliis litteris expletum. Tunc autem librario maxime accidit ut plus aut minus litterarum poneret quam debebat, si uno versu relicto in alterum transiret. Ad quos locos accedunt ii quibus una tantum littera vitiose scripta et in aliam erat mutata (v. facs. II). Quamvis igitur varium sit genus lectionum correctarum, tamen omnibus fere locis — sunt enim circiter centum triginta quinque — emendationes a m. prima ipsa profectas esse manifestum est.

Ut ad scripturas manu altera correctas transgrediar percensendas, non plures sunt quam quadraginta; quarum quaedam levissimae (pag. 95_{26}), aliae supervacaneae (pag. 15_{3}), aliae maximi pretii sunt existimandae. Dimidia vero earum pars ad librarii omissiones spectat. Quodsi reputamus his locis plus requiri quam ut littera quaedam sine ullo negotio suppleatur, cum octies unum verbum solum, semel (pag. 62_{18}) quinque verba adicienda sint, alter corrector hic sicuti pag. 96_{9} ubi *plagam* in *palam* mutatum est, alterum Diurni exemplar in consilium vocasse sine dubio est putandus. Sed textus codice adhibito altero totus nec recognitus nec retractatus est. Quod si factum esset, non potuisset manere tam magnus numerus mendorum quae ex incuria certe librarii sunt exorta.

Cuius generis, quamvis sit artis finibus a me circumscriptum, multa sunt vitia. Sunt enim omissiones adiectiones permutationes litterarum, quae et a librario et a correctore admissae in codice etiam nunc exstant. Quibus adnumeranda sunt alia eaque inde orta, quod librarius verborum exemplaris propositi distinctiones litteras singulas aut contrahendo aut distrahendo perturbavit. Hi quoque errores ita sunt comparati, ut eos correctores, si ad codicem recognoscendum paulo accuratius animum adtendissent, profecto deprehendere et corrigere potuissent Ego quidem lectiones genuinas in textum reponendo, vitiosas in notas relegando ea tantum quae a correctoribus sunt praetermissa, reparare conatus sum. Atque iam his ipsis locis saepe difficile erat diiudicare, utrum quae nobis insolita et inepta videntur esse, pro errore librarii an potius pro quadam latinitatis proprietate tunc usurpatae essent habenda. Quotienscunque igitur loci suspecti speciem propriae dicendi consuetudinis prae se tulerunt, textum codicis manu scripti integrum reliqui. Eandem rationem adhibui iis locis qui quid significarent aegre vel prorsus non potui intellegere. Nonnullae enim depravationes sine dubio originem repetunt a pluribus erroribus librariorum qui linguae latinae non satis gnari unius eiusdemque enuntiati partes vel omiserunt vel transposuerunt vel omnino iterum iterumque mutaverunt. Qui loci id genus vitiosi utrum soli librario codicis V. an etiam priorum

exemplarium scriptoribus debeantur, perraro potest discerni. Sed iam illius librarii errores, praesertim si qui eorum in Claromontanum quoque translati sunt, sermonis harum formularum peculiares esse existimandi sunt, id quod multo magis ad errores qui sunt prioris aetatis, pertinere patet. Qua ratione in lectionibus percensendis ductus emendandi munus angustis finibus circumscripsi. Sed haec missa faciamus. Nam utilius erit nonnulla producere exempla, quibus ostendam quoad textus aut corrigendus aut intactus relinquendus esse mihi visus sit.

Atque primum initium capiam ex lacunis a me expletis. Necessario enim textum lacunosum restitui, ubi membrana ex parte erat confecta. Quae iis locis ex Claromontano addidi, uncis quadratis inclusi. Rotundos vero ibi adhibui, ubi paucas tantum litteras quae a librario erant omissae, ex meo adieci. Itaque pag. 24_{17} praebui *domin(i)um,* pag. 32_{2} *tua (non) potuisset,* pag. 116_{10} *committi(mus).* Conlato pag. 62_{18} loco ubi librarius totum versum transiluisse videtur, quem postea manus altera adiecit, censui mihi licere pag. 92_{15} *mentis,* quae vox in Claromontano fuisse commemoratur, supplere et pag. 70_{4} lectionem commendare quae ad pag. 93_{12} adludit. Omni vero mutatione abstinui, si forma Vaticano tradita quid sibi vellet intellegi poterat aut saepius occurrens usu recepta esse videbatur. Cum deinde genetivus *antistis* pag. 97_{4} reperiretur, pag. 8_{18} *antistibus* retinui. Simili ratione neque pag. 47_{5} *mitti* aut

pag. 104_{10} *compuli* in *mittit* aut *compulit* immutavi, neque pag. 28_{8} *debeat* neque pag. 131_{10} *debeant* addidi. Nam similia in aliis etiam litterarum monumentis quae eiusdem sunt aetatis, omissa sunt. Pag. 81_{20} librarius tria verba, pag. 130_{4} quattuor verba bis scripsit. Ut haec textu removenda sunt, ita pag. 113_{2} syllabam *con* iteratam et pag. 15_{16}, 24_{20}, 76_{1} singulas litteras prorsus inutiles recte delebis. Eodem modo pag. 72_{15} illud *deliberando* lectionibus pag. 98_{10} et 101_{5} respectis (cf. praeterea *errantes* pag. 108_{8}) syllaba *be* detracta in *delirando* mutavi. Contra aliis locis litteras verbaque retinui quas priores editores ut superfluas deleverunt, idque iniuria, ut mihi quidem videtur; offendendum enim non est in verbis *urguente* pag. 6_{22}, in *vellit* pag. 24_{12}, in nominativis quales sunt *processione*, *devotione* pag. 17_{9}, 19_{17}.

Nonnullos alios locos quos corrigere nolui addo: pag. 28_{19} illud *servitio· a nobis exhibito*, licet sententia loci *ad nos* requirat, sermoni aetatis Carolinae convenit; deinde quod pag. 20_{6} *eiusdem* iteratum legitur, quamquam fortasse incuria librarii factum est, alio etiam modo explicari et defendi potest. Diu tum haesitavi hocce loco. Cum enim pag. 57_{1} *totisque nisibus* scripsi, litteram *u* in *totiusque* ut a librario temerarie insertam iudicavi. Simili certe ratione poteram pag. 48_{8} pro *talius talis* in textu ponere; sed quamquam similia exempla desunt, tamen contendo genetivum *talius* per analogiam fic-

tum esse posse. Veritus igitur ne proprietatibus scripturae detersis studiis grammaticis magis officerem quam proficerem, hanc etiam inusitatam adiectivi formam in textum recepi.

Huius etiam loci est fusius agere de erroribus ex falsa verborum distinctione ortis. In Vaticano enim, ut ex ectypis discis, scriptura distincta non multum est servata; certe vero ille codex quem librarius describere iussus erat, fere totus scriptura continua erat exaratus, qua re librarius Vaticani in errorem ductus pag. 57_{14} *dignamini meae*, pag. 99_{5} *semine storiani*, pag. 123_{13} *que at* inepte scripsit. Saepius autem ei sicuti aliis eorum temporum librariis contigit ut primam litteram vocis cuiusdam iteraret et priori vocabulo adiungeret, aut contra ut eam litteram qua prius verbum desinebat et ex qua posterius incipiebat, semel tantum poneret. Commemorandum autem est semper fere litteram *s* fuisse, quae tali modo aut addita aut omissa est. Nam in declinatione illius aetatis haec littera summi erat momenti, quia quaedam verba, si in hanc consonantem desinebant, *s* modo abiecerunt, modo, si non habebant, acceperunt. Atque hoc modo puto exortas esse lectiones has: pag. 26_{13} *constituta(s) sibi*; pag. 91_{11} *scripti(s) sunt;* at contra pag. 25_{14} *diversi[s] sibi*, pag. 129_{15} *perenni[s] subsistant.* Plerumque hanc facilem emendationem adhibere mihi licuit; sed non adhibui, si scriptura codice tradita usu dicendi illorum temporum proprio potuit explicari. Itaque

pag. 68_{15} *perpetuae condemnationis summissus* defendo, cum a participio *summissus* pariter atque ab *innodatus* pag. 29_{5} genetivi casus possit pendere. Econtra pag. 118_{7} *principi* scribi malui quam ut sequens *s* etiam voci *principi* adiungeretur; nam *principi* praesertim cum verbis *beati Petri* consociatum etiam pro genetivo haberi potest (cf. in charta originali JL. 4000 *summi pontifici*). De illa constructione *rationis suppetunt* suo loco in indice verborum disputabitur. Deinde praeter *s* semel littera *a* (pag. 76_{8} *me[a] annis*) superflue iterata est. Tum forsitan consonantis *c* rationem habeas, praesertim si pag. 68_{11} scripturae traditae *congregatione illi constituta* praeferas *c. illic constituta.* Referendus est enim is locus inter eos quibus mea quidem sententia propter instabilitatem illius latinitatis certi quidquam statui nequit.

Sed iam ad permutationes litterarum pertractandas transgredior. Certe quidem librarius interdum litteram quandam exemplaris quod descripsit male legit (ut pag. 8_{21} *unicam,* pag. 98_{2} *sine,* pag. 125_{3} *procuranter,* pag. $128_{2.11}$ *placatus, artatus*), vel ipse inscius aliam quam voluit litteram pinxit (ut pag. 27_{10} *indiotione,* pag. 112_{18} *decerdimus,* pag. 120_{13} *definibus*). Quibus locis quod menda correxi, spero omnibus probatum iri. Attamen in permutatione litterarum *r* et *s* statuenda, quamvis saepe confundantur, semper illius aetatis dicendi consuetudinem respexi. Cum enim pag. 45_{13} passivum requiratur, pro *provocemus*

scribendum suasi *provocemur;* pag. 28_{17} autem *largimus* retinui, quippe quod aliis etiam locis legentibus fit obvium. Simili modo ubi aliae litterae permutatae esse videbantur, lectiones recipiendas constitui, prout res postulabat. Pag. 29_{11} igitur *vicet* mutavi in *vices;* pag. 20_{9} autem *commemorat* et pag. 25_{21} *presumat* servari iussi, cum in adpellandis hominibus qui titulis honorificis ornantur, non solum altera verbi persona, sed etiam tertia adhiberi soleret. Nam post titulum *dilectio tua* verbum *suggeris* sequi posse, testatur scriptura manu altera pag. 15_{3} correcta. Ex contrario tertia persona usurpari potest, si *dilectio tua* praecedit vel mente intellegitur. Pag. 25_{21} enim illud *presumat* praegressis verbis *experientia tua . . . non differat* respondet et pag. 20_{9} verbum *commemorat* ad sequens *fraternitas tua* spectat.

Ante omnia autem veritus sum, ne exitus vocabulorum declinabiles, etsi nonnunquam iure posset conici mendum scripturae subesse, mutarem, quod eius modi exitus saeculo octavo pristina vi destituti et promiscue adhibiti sunt. Atque duplici ratione haec res in chartis et formulis potest observari. Sunt enim quaedam locutiones quae inveterarunt, ut *prefati desiderii oboedire* pag. 11_{7}, 12_{5} vel *potiri effectum* pag. 11_{9}, 12_{7}, 14_{8}; aliae vero quae variant, ut pag. 112_{16} *sive pacis sive barbarici temporis* et paulo infra *tam pacis quam barbarico tempore;* ita etiam in J L. 3635 et J L. 3945 (Reg. Sublac.) *sive pacis sive barbaricis temporis.* Quibus respectis etiam

pag. 24_{20} *pro futuris temporibus cautela,* quod certe locutioni *pro futurorum temporum cautela* pag. 89_{21} respondet, ferri posse contendo.

Ut vero de gravioribus corruptelis disputem, quibus plerumque verborum compositio ipsa foede turbatur, sine dubio ubique quaerendum erit quo modo corruptela exstiterit. Corruptelis pag. 9_{19} et 10_{6} in causa fuisse videtur, quod *iubeatis,* pag. 20_{13} quod *quia* excidit, quamquam huic loco fortasse alius etiam error intervenire potuit. Veri simile enim est antiquioribus temporibus in concipiendis formulis multifariam notas iuris adhibitas esse, quas quippe quarum vis saepe esset multiplex, librarii nonnunquam sinistre interpretati sunt. Id maxime cadit in siglas syllabarum vocabulorumque ex litteris *p* et *q* incipientium, quae in frequenti usu fuerunt. Nec non Vaticani permultae lectiones mendosae ex compendiis a librario perperam acceptis enatae esse videntur. Alios vero qui inveniuntur locos obscuros corruptosque hoc modo mihi fingam ortos. Dictatores enim rati artis esse rhetoricae verba artificiose ordinare id maxime egerunt, ut vocum turbas funderent et vocabula rhetorico modo disponerent. In scidis igitur primariis, ut ex dictaminibus posteriore aetate conceptis cognoscimus, singulae voces locutionesque aut supra versus aut in margine additae et a librariis, qui nequaquam omnia quae describebant intellexerunt, falsis locis insertae esse videntur. Qua ratione

accepta multis locis tibi animo concipere poteris, unde labem traxerint.

Neque vero ubicunque probabilem rationem erroris tollendi repperisse mihi visus sum, emendationem re vera adhibui. Correxi enim eos tantum locos quibus uno tantummodo verbo mutato textum sanare potueram quibusque melior scriptura iam Claromontani testimonio probata esse videbatur. Itaque pag. 9_{3} *quippe*, pag. 9_{19} *quatenus*, pag. 61_{2} *inconcussa temporibus firmitate* ut genuinas lectiones in textum restitui. Ubi autem (cf. p. LV) veri simile fuit et cod. Claromontanum et Diurnum saeculi XI. cum Vaticano plus minusve concinuisse, locos corruptos ut traditione confirmatos intactos reliqui. Fortasse aliis etiam locis Claromontano fidem haberem, si codex ipse inspici posset; sed quae Garnerius et Baluzius ex eo adferunt, non solum prae Vaticani auctoritate nullius sunt ponderis, sed dubii etiam pretii, id quod ex hisce locis palam fiet. In formula X. *petitio dedicationis oratorii* inscripta ad verba *datis preceptionibus* (*affatibus*) *vestris* ego quidem nihil addidi, quamquam ex similibus pag. 14_{17} et 16_{4} locis probabilem emendationem petere difficile non erat. Nam mirum atque notabile est quod id genus ellipsis in una eademque formula bis deprehenditur. Neque in Claromontano omnino defuisse videtur. Garnerius enim, cum priore loco cum Holstenio et Baluzio *detis praeceptiones vestras* proferret, quam emendationem hi omnes ex collectione Deusdedit Cardinalis

desumpserant, vix posteriore loco *datis affatibus vestris* in textum recepisset, nisi hanc lectionem in codice suo repperisset. Altero loco pag. 27_{16} disceptari nequit, utrum illud *propria nobis relatione suggessit* ex coniectura Garnerii aut Baluzii profectum sit an hic locus iam in Claromontano ita traditus fuerit. Atque etiamsi Claromontanus hanc lectionem exhibuerit, locus corruptus accepta coniectura illa insolita dubiaque *propria relatio* sanatus esse nullo pacto videtur; qua re lectionem Vaticanam retinui satisque habui mendi originem (cf. *porrecta petitio* pag. 21_{17}, 126_{13}) explicando sententiam loci planam fecisse.

His omnibus rebus respectis plurimos qui in Diurno Vaticano inveniuntur errores inter proprietates formularum referendos nobisque qui principalem formam qua formulae Hadriani temporibus praeditae fuerint cognoscere studemus, aequo animo ferendos et quasi concoquendos esse censeo. Idem iudicium cum de codice Vaticano feram, quippe quem in cancellariae Romanae usu publico fuisse persuasissimum habeam, meum esse putavi hunc librum Diurni manu scriptum sibi simillimum foras edere.

Iam pag. XXVIII monui in Diurni libris *ill·* et *tal·* scripta fuisse, quotienscunque nomen aliquod significaretur. Has notas Holstenius quidem retinere voluerat, sed typographus exitus casuum addiderat. Garnerius autem, qui ipse librum typis imprimendum curavit, in editione sua notas illas pariter ac Claro-

montano traduntur adfert. Item ego quidem *ill·* et *tal·* scripsi, ubi in Vaticano leguntur; ceteris vero compendiis spretis omnia vocabula perscripsi. Quae compendiis significata erant, omnibus locis bene adsecutus esse mihi videor; sed cum editio mea hac in re nonnunquam a praedecessorum editionibus abhorreat, in adnotatione compendium librarii Vaticani commemoravi, si quid dubitationem habere visum sit. Simili ratione titulos a librario perperam vel adscriptos vel omissos omnes protuli.

Librarius c. Vaticani poscit quasi, ut lector peritus sit rationis formularum et glossas omissionesque vocum quae ex aliis formulis facile possunt suppleri, recte intellegere didicerit. Nam si quid omisit librarius Vaticani, aliquotiens hoc adposita nota *etc.* (ut pag. 69, 74, 118) significavit, aliquotiens abrupit formulas extremas (pag. 24_2) aut medias (pag. 118) neque quícquam indicavit. Glossas autem plerumque litteris uncialibus conspicuas fecit, ut pag. 119, 120 *finit*, pag. 74 *subscriptio episcopi*, aut litterarum forma omnino non discernit. Equidem, ut omnis dubitatio evitetur, ad declarandas glossas illius generis litteris maiusculis, ad huius generis litteris distinctius impressis usus sum. Itaque pro illo codicis *etc. et cetera* scripsi, alias autem omissiones quas ille non indicavit, punctis compluribus adpositis significavi.

Cum igitur omnia atque etiam minutissima quae in hac editione a codice Vaticano recedunt explanaverim paucasque emendationes levissimas quas ut facerem

mihi sumpsi, aut signis aut lectionibus codicis in adparatu critico denotatis distinxerim, effecisse mihi videor ut Diurnus qualis in Vaticano exhibetur ab omnibus cognoscatur. Quamquam ego meique socii summa vi operam dabamus, ut veram codicis imaginem redderemus, tamen libentissime exemplar impressum cum codice iterum contulissem, si mihi otium fuisset. Quod hoc fieri non potuit, quam aegerrime doleo. Typi errores quos quidem adhuc usque animadvertimus, in fine habes correctos. Quodsi nihilo setius hic ille nos fugerit, id nullo detrimento spero fore editioni meae studiisque harum formularum, quae ut renoventur et augeantur tota cogitatione exopto.

Indicem locupletissimum Seminarii philologici Universitatis Vindobonensis sodalis Dr. A. Haberda me intercedente summa cum diligentia composuit.

Postremo restat ut iterum summas again gratias omnibus viris quorum benignitate hoc opus suscipere, quorum adiumento susceptum perficere potui.

Dabam Vindobonae mense martio 1888.

Sickel.

CORRIGENDA ET ADDENDA.

Praef. p. IX$_{28}$ *pro* plagas *lege* plagulas.
p. XXIII$_{8}$ *lege* chartam.
p. XXXI$_{14}$ *lege* 683.
p. XXXII$_{27}$ *lege* neganda.
p. XLI$_{22}$ *lege* continuata.
p. „ $_{23}$ *lege* posita.
p. LIII$_{5}$ *tolle* tamen.
p. LXXXII$_{12}$ *post* potuissent *punctum pone.*
p. LXXXVII$_{8}$ *lege* fiat.
p. LXXXVIII$_{24,\ 25}$ *lege* co-gnoscimus.
Textus p. 8$_{7}$ *pro* mendatis *lege* mandatis.
p. 10$_{9}$ *post* ORATORII *tolle punctum.*
p. 20$_{12}$ *not. lege* typothetae.
p. 23$_{1}$ *not. adde* privilegium monasterii *H.*
p. 24$_{2}$ *pro* temeratur *lege* temerator.
p. 34$_{9}$ *post* dilectione *adde* ||
p. 35$_{2-3}$ *scribendum* red-emptori.
p. 48$_{10}$ *lege* indubita(bi)liter.
p. „ $_{10}$ *not. adde* indubitaliter *V.*
p. 53$_{6-7}$ *not. post* om. G. *inseras* notum — comprimit *om. C teste G.*
p. „ $_{8}$ *pro* hortatus *legas* hortatu.
p. „ $_{8}$ *not. adde* hortatus singularem *V.*
p. „ $_{15}$ *not. post* defecta *adde V.*
p. 59$_{9}$ *lege* roboratum.
p. „ $_{20}$ *not. adde* succurrere *corr. m. pr. ex* surcurrere *V.*
p. 79$_{8}$ *not.* form. *pro* forms.
p. 84$_{3}$ *not. pro* quod *R scribendum* quod *HR.*
p. 91$_{11}$ *ponas* scripti(s).
p. „ $_{12}$ *pro* a te traditae *nunc malim* at(qu)e traditionem.
p. 103$_{11}$ *not. post* (et ita R) *addendum* adlocutio plebis *H.*
p. 112$_{1}$ *in margine ponendum est* LXXXVI.

LIBER DIVRNVS.

I.

INDICVLVS AEPISTOLAE FACI[ENDAE].

1. SVPERSCRIPTIO AD [PRINCIPEM]. Domino piissimo et [serenissimo] victori ac triumpha[tori, filio, ama]tori dei et domini nostri Iesu Ch[risti, ill· augusto] ill· episcopus servus servorum [dei. — ET SVB]SCRIPTIO [EIVS. Piissimum domini] impe[rium gratia superna custo]diat [eīque omnium gentium colla] subs[ternat].

2. SV[PERSCRIPTIO AD AVGVSTAM]. D[ominae piissimae filiae, ill· augustae ill· episcopus servus servorum dei. — ET SVBSCRIPTIO EIVS. Vestrae pietatis imperium gratia superna custodiat, domina filia. — ITEM ALIA. Incolomem serenitatem vestram divina conservet maiestas, domina filia].

3. [SVPERSCRIPTIO AD PATRICIVM. Domino excellentissimo atque praecellentissimo filio, ill· eximio patricio ill· episcopus servus servorum ‖ dei]. — ET SVBSCRIPTIO EIVS. f. 1′
[Incolomem e]xcellentiam vestram gratia superna [custodiat].

I: V. f. 1—2′. — C. I—XII. — Holst. I. — Garn. I. tit. 1—12. — Roz. 1. §. 1—12.

Cum in exiguis primorum quattuor codicis V foliorum laciniis quae supersunt, singulae tantum litterae appareant, textum quem priores editores ex altero codice C protulerunt, hic uncinis inclusum repetivi. — 1 indiculum *corr. manus admodum antiqua V sic etiam GBR* aepistolae faciendae] scribendae epistolae *G* 2 incipit superscriptio *G*[1] 3 et] ac *H* 6 gentilium *G* 11 incolomem *hic et infra cum V. scripsi,* incolumem *HGBR* 14 eximio patricio] *H*, patricio *GR*, exconsuli atque patricio *B* 15 et *H*, item *GBR*

4. SUBSCRIPTIO AD CO[MITEM IMPERIA]LIS OBSEQVII ET AD E[XARCHVM. I]ncolomem excellen[tiam vestram gratia super]na custodiat, [domine fili].

5. [SVPERSCRIPTI]O AD [CONSVLEM. Domino eminentis-]simo [filio, ill· consuli ill· episcopus servus servorum dei. — ET SVBSCRIP]TIO EIVS. [Deus te incolomem custodiat, domine fili].

6. [SVPERSCRIPTIO AD REGEM].

7. [SVPERSCRIPTIO AD PATRIARCHAM. Dilectissimo fratri ill· ill·. — ET SVBSCRIPTIO EIVS. Deus te incolomem custodiat, dilectissime frater].

f. 2 8. [SVPERSCRIPTIO AD EPISCOPVM FORENSEM. Dilect || i]ssimo nobis [ill· ill·. — ET SVB]SCRIPTIO EIVS. Deus [te incolomem] custodiat, dilectissime nobis.

9. [SVPERSCRIP]TIO AD ARC[HIEPISCOPVM RAVENNAE]. Reverentissi[mo et sanctissimo fratri ill· coepiscopo] ill· servus s[ervorum dei. — ET SVB]SCRI[PTIO EIVS. Deus te incolomem] cust[odiat, reverentissime et sanctissime frater].

10. [SVPERSCRIPTIO AD EPISCOPVM. Vt supra. — SVBSCRIPTIO EIVS. Deus te incolomem custodiat, reverentissime frater].

11. [SVPERSCRIPTIO AD PRESBITERVM DIACONVM PRIMICERIVM ET SECVNDICERIVM. Dilectissimo filio ill· ill· servus servorum dei. — ET SVBSCRIPTIO EIVS. Deus te incolomem custodiat, dilectissime fili].

---

1 subscriptio] superscriptio *H* 2 et ad exarchum] *om. H*, et exarchum *G* 8 *verba ab H ex ingenio suppleta omisi* 14 dilecṫ *V* 16 ill·] episcopus *add. HB* 19 superscriptio . . . . subscriptio] *G*, superscriptio ad episcopum ut subscriptio *H*, superscriptio a. e. ut supra. et subscriptio *R* 22 diaconum *scripsi quod infra legitur*, diaconem *H* 23 ill·] episcopus *add. HB*

12. [SVBSCRIPTIO CONSTITVTI. Ill· episcopus sanctae ecclesiae catholicae atque apostolicae urbis Romae ‖ huic f. 2′ constituto] a nobis facto sub[scripsi].

II.

[DECRETVM] DE ELECTO EPISCOPO QVEM [LEGET NOTARIVS] REGIONARIVS.

[Domino sancto merito a]postolico et [divina benedictione] decorato do[mino papae, patri patrum,] summe [sedis presuli famuli vestri, clerus] et [plebs ecclesiae ill·. — Ad laude]m [apostolatus vestri nihilominus credimus pertinere, si ecclesia qu]ae [pontificis officio destituta videtur, vestris fuerit, deo favente, decorata temporibus . proinde, sancte meritis apostolice, quesumus apostolatum vestrum uti famulum vestrum ill· virum venerabilem diaconum ecclesiae nostrae cuius vitam et honestos mores apud nos habemus bene et optime comprobatos, hunc] ‖ nobis aposto- f. 3 latus vester, [divina] gratia preveniente, epis[copum con]secrare dignetur, quat[enus ecclesia dei] et vestra, dum v[estris fuerit decorata] temporibus, deo [et apostolatui vestro] insufficienter [gratias referamus]. — ET SVBSCR[IPTIO IPSORVM]. Ill· huic dec[reto a nobis facto in ill· viro venerabili] diacono et elec[to nostro consensi et sub]scripsi.

---

1 subscriptio de constituto *H* 2 huic *HB*, ill· *G*, illi *R*.
II: V. f. 2′—3. — C. XIII. — Holst. XIII. — Garn. III. tit. 1. — Roz. II.
4 decretale *B* quem *VB*, quod *HGR* leget] *sic infra V*, legit *HB* 6 superscriptio . domino *GBR* 7 decorato do . . . *V*, decorato domino *B*, decorato ill· (illi) *HGR* patri *om. GR* 12 domine sancte *B* 13 virum venerabilem] virum v. v. *H*, venerabilem *B* 19 insufficientes *HGBR* referamus *HB*, referat *GR*. 20 in illo viro. . . . nostro] *HG*, [. . . .] diac̄ et elec [. .] *V*, in illum virum venerabilem diaconum et electum nostrum *B*.

III.

[DECRETALE QVEM LE]GET [DIACONVS DESIGNATO EPISCOPO].

Dom[ino beatissimo papae sanctae ecclesiae ill· presbiteri diaconi et plebs consistens cum adiacentibus parrochiis in domino salutem. — Pontificii vestri est destitutis ecclesiis subvenire, ne plebs deo devota diu sine proprio f. 3' videatur esse rectore. et ideo, domine beatissime papa, ‖ precamur] apostolatum vestrum [uti nobis] ill· virum venerabilem diaconum nostrum vi[ta et moribu]s comprobatum et ab [universitate elect]um dignemini con[secrare pastorem]. — ET ALIA MANVS. [Optamus te per mult]os annos bene [valere, domine beati]ssime papa. — [ET SVBSCRIPSERVN]T Ill· [archipresbiter s]ubscripsit. [ill· presbiter subsc]ripsit. [ill· archidiaconus subscri]psit. ill· diaconus subscrip]sit. [ill· subdiaconus subscripsit. ill· primicerius subscripsit. ill· acolytus subscripsit. ill· lector subscripsit. cantor et ceteri subscripserunt].

IV.

[ITEM ALIVD].

[Desiderio facile credimus annuendum, quando id f 4 petitur quod] ‖ ecclesiasticę co[nvenit disciplinae]. ecclesia

---

III: V. f. 3—3'. — C. XIV. — Holst. XIV. — Garn. III. tit. 3. — Roz. III.
1 quem] *scripsi ut supra*, quod *HGBR* legit *HGR* designato] de designato *R* 3 sanctae ecclesiae ill·] sanctitati tuae *H* 4 consistens] et alia manu *add. H*, item alia manus *GR*, *quam glossam om. B, cum eam errore scribentis in superscriptionem irrepsisse recte videret* 6 deo *om. G* 11 et alia manus] et alia manu *HB*, item alia manu *G*, item alia manus *R* 12 et subscripserunt *om. G* 14 ill· diaconus ..... primicerius subscripsit *om. H*.

IV: V. f. 3'—4. — C. XV. — Holst. XV. — Garn. III. tit. 4. — Roz. IV.

igitu[r nostra proprio est des]tituta past[ore, cui a vestro apostola]tu est consu[lendum. et ideo, domine] beatissime pap[a, precamur aposto]latum vestrum [ut ill· virum venerabilem diaco]num vestru[m vita moribusque per]spic[uum et iudicio universitatis] ele[ctum antistitem nobis consecra]re dig[nemini].

V.

[ITEM ALIVD].

Pasc[halis festivitas nos hortatur] ad [vestri pontificii remedia convolare, in cuius potestate omnium ecclesiarum consistunt ornatus. et ideo quesumus apostolatum vestrum, domine beatissime papa, ut ill· virum venerabilem diaconum nostrum vita et moribus comprobatum et ab universitate electum nobis dignemini consecrare pastorem, cum quo venerandum pascha, ‖ annuente vobis d]omino, cele- f. 4'
brare [possimus].

VI.

[SYNODA]LE QVEM ACCI[PIT EPISCOPVS].

[Clero or]dini et plebi [consistenti illic, dilectiss]imis filiis [in domino salutem. — Pr]obabilibus de[sideriis nihil attulim]us tardita[tis. fratrem iam et coep]iscopum [nostrum ill· vobis ordinavim]us sa[cerdotem, cui dedimus in man-]

---

4 vestrum] nostrum *H G B R*.

V: V. f. 4—4'. — C. XVI. — Holst. XVI. — Garn. III. tit. 5. — Roz. V.

10 consistunt *H*, consistit *G B R* 14 vobis *H G*, nobis *B R*.

VI: V. f. 4'—5'. — C. XVII. — Holst. XXIV. — Garn. III. tit. 9. — Roz. VI.

16 quem] quod *H G R* 17 illic] *B R*, illis v. v. *H*, ill· *G* 19 et *om.* *H*

da[tis : ne umquam ordinationes] pre[sumat inlicitas. ne bigamum] aut qui [virginem non est sortitus uxo]rem [neque inliteratum vel in qualibet corporis parte vitiatum aut ex-poenitentem vel curiae aut cuilibet conditioni obnoxium notatumque ad sacros ordines permittat accedere, sed si quos huiusmodi forte repererit, non audeat promovere.
f. 5 Afros passim ad ecclesiasticos] ‖ ordines pretendentes nulla ratione suscipiat, quia aliqui eorum Manichei, aliqui rebaptizati sepius sunt probati. ministeria atque ornatum ecclesię vel quicquid illud est in patrimonio eiusdem, non minuere studeat sed augere. de reditu vero ecclesię vel oblatione fidelium quattuor faciat portiones, quarum unam sibi ipse retineat, alteram clericis pro officiorum suorum sedulitate distribuat, tertiam pauperibus et peregrinis, quartam ecclesiasticis fabricis noverit reservandam, de quibus divino erit redditurus iudicio rationem. ordinationes vero presbiterorum seu diaconorum non nisi primi quarti
f. 5′ septimi et decimi mensum ieiuniis sed et ‖ ingresso quadragesimali atque medianę vespere sabbati noverit celebrandas. sacrosancti autem baptismi sacramentum non nisi in paschali festivitate et pentecosten noverit esse prebendum, exceptis his qui mortis urguente periculo, ne in eternum pereant, talibus oportet remediis subvenire. hic ergo sedis nostrae precepta servanti devotis animis obsequi vos opor-

5 accedere *HB*, excedere *GR* 6 reperit *H* 7 pretendentes] procedentes *G* 9 ornamentum *G* 10 illud *om.* *G* 18 et] vel *B* mensium *HBR*, mensis *G* ingresso] *corr. m. pr. ex* ingressu *V*, ingressu *H*, in ingressu *GB*, in ingressa *R* 19 mediana *GB* 20 sacrosancti] sancti *G* 21 pentecoste *H*, pentecostes *G* 22 qui] quibus *HB* urgente *HR*, urgentur *G* ne] quibus ne *G* 23 subvenire] litanias vero per triduum ante diem ascensionis domini celebrare *add.* *G* huic *HGB* 24 obsequi* *V*

tet, ut inreprehensibile placidumque fiat corpus ecclesię per Christum dominum nostrum qui vivit et regnat cum deo patre omnipotente et spiritu sancto per omnia sęcula sęculorum, amen. — ET SVBSCRIPTIO EIVS. Deus vos incolomes custodiat, dilectissimi filii.

VII.

FORMATA QVAM ACCIPIT EPISCOPVS.

Ill· presbiteris diaconibus et plebi ‖ consistenti ill· fra- f. 6
tribus salutem. — Per karissimum nostrum ill· episcopum salutamus vos karissimi, nostri vos cum vestris salutant. — ET SVBSCRIPTIO EIVS. Bene valete fratres in nomine domini. dominicum pascha die ill· mensis ill· indictione ill·. — SVBSCRIPTIO ARCHIDIACONI. Ill· archidiaconus sanctae sedis apostolicae subscripsi et dimisi. data die ill· mensis ill· imperante ill· post consulatum indictione illa.

VIII.

SYNODALE VT EPISCOPVS ALTERIVS CIVITATIS IN ALIA ECCLESIA POSSIT INCARDINARI.

Ill· clero ordini et plebi consistenti ill·, dilectissimis filiis in domino salutem. — Et temporis nos necessitas per-

---

1 placidumque *om.* *H*, placitumque *G* 4 amen *om.* *GB* 5 incolomes *om.* *H* dilectissimi filii] dilecti nobis *G*.

VII: V. f. 5′—6. — C. XVIII. — Holst. XXV. — Garn. III. tit. 10. — Roz. VII.

9 karissimi .... salutant] carissimi nostri, vos etiam nostri salutant *G B* 11 dominicum erit pascha *G*, d. sanctum p. *B* 14 imperante...indictione] imperante p. c. illius indictione *H*, imperante ill· p. c. ill· indictione *G R*.

VIII: V. f. 6—6′. — C. XIX. — Holst. XXVI. — Garn. III. tit. 11. — Roz. VIII.

17 ill· clero] illustrissimo clero *R*, ill· *om.* *G* 18 necessitas nos *G B*

urget et inminutio exigit personarum, ut destitute ecclesiae vestrę salubri debeamus dispositione succurrere. et ideo f. 6′ secundum ‖ desiderium vestrum fratrem et coepiscopum nostrum ill· cuius ecclesia est ab hostibus occupata, cardinalem vestrę ecclesiae sicut petistis constituimus sacerdotem, quatenus vos, deo propitio, et ordinando et vigilando sollicite studeat gubernare, cui dedimus in mendatis: ne umquam ordinationes pręsumat inlicitas, et cetera secundum morem.

IX.

PRECEPTVM DE ADVNANDIS ECCLESIIS.

Postquam hostilis impietas diversarum civitatum ita peccatis facientibus desolavit ecclesias, ut reparandi eas spes nulla, populo deficiente, remanserit, maiori valde cura constringimur cogitare, ne defunctis earum sacerdotibus, f. 7 reliquie plebis nullo pastoris moderamine gubernate ‖ per invidiam fidei hostis callidi, quod absit, rapiatur insidiis. huius ergo rei sollicitudine sepe commoniti nostro sedit cordi consilium, ut vicinis eas mandare debeamus antistibus gubernandas. ideoque fraternitati tuae curam gubernationemque ill· ecclesiae previdimus committendam, quam etiam tuę ecclesiam aggregatam esse constituimus ac unitam, quatenus utrarumque ecclesiarum sacerdos recte,

---

5 petiistis *GBR* 8 et cetera *om. R.*

IX: V. f. 6′—7′. — C. XX. — Holst. XXIX. — Garn. III. tit. 12. — Roz. IX.

16 invidiam] invia *B* rapiantur *HGBR* 17 commoniti] commoti *H*, commonitis *G* nostro *om. G*, hoc nostro *B* 18 antistitibus *HGBR* 19 gubernandos *H* 20 providimus *HGB* 21 ecclesiae *HGB* atque *H* unitam *cum HGB scripsi*, unicam *VR*

Christo adiutore, possis existere et queque tibi de eius patrimonio vel de clerici ordinatione seu promotione vigilanti ac canonica visa fuerint cura disponere, quippe ut proprius episcopus liberam habeas ex presenti nostra auctoritate ‖ f. 7′
licentiam . quapropter, fratrum carissime, dominicorum reminiscens salubriter mandatorum ita in commisse plebis regimine lucrandisque animabus invigila, ut redemptori nostro fructum bone operationis in quo letari possis exibeas.

X.

PETITIO DEDICATIONIS ORATORII.

Domino sancto et beatissimo patri patrum ill· pape ill· famulus vester. — Ad augmentum catholice religionis pertinet, quotiens in honore sanctorum loca venerabilia divino cultui consecrantur. in predio quidem ill· iuris mei basilicam sumpto proprio me suggero construxisse, quam in honore sanctorum ill· et ill· martyrum desidero consecrari; cui basilicę ad luminaria vel ad alimonias ibidem servientibus offero ill· et ill·. ‖ quapropter queso apostolatum ve- f. 8
strum, uti datis preceptionibus vestris ad ill· virum venerabilem civitatis ill· antistitem, quatenus supramemoratam

---

1 nil . . nil . . nil] nihil . . nihil . . nihil *GB*, nihil . . nil . . nil *HR* 4 commodat] commendat *HGBR* 5 quod — tale] nam si quod non credimus, fieri tale *GB* 6 illud *GB* corrigemus *GB* autem *om.* *GB* 7 dominum] deum *GB*.

XLVII: V. f. 30–30′. — C. LVII. — Holst. XXXII. — Garn. IV. tit. 3. — Roz. XLVII.

10 palli *V*, pallei *BR* 11 unanimitatem *HGBR* 12 universum gregem *G* 13 ab apostolica sede] apostolicam sedem *G* 14 poposcisti *GB* 15 *post* ecclesiae *add.* episcopus *G* more] petitioni *G* 16 in *omissum in V supplevi cum HGBR* 17 nostro] nostri *G* pallium quod] pallium quo *H*, pallii quo *G*, palleum quo *B*, palleum quod *R*

tuae morem uti possis ecclesiae, destinasse signamus, illum fraternitatem tuam congrue ac necessario commonentes, ut et credite tibi ecclesie opus et apostolice in te sedis benivolentiam affectumque considerans, ita deo regente cor tuum commissam exsequi gubernatiónem studeat, et adepta cuius ornaris officio dignitate, et probitate morum et vivacitatis sollicitudine et custodia integritatem fidei ipse etiam adornare contendens amplius studeas adornari.

XLVIII.

ITEM ALIVD EPISCOPIS SICILIAE.

Apostolicȩ sedis benivolentia et antique consuetudinis provocati fraternitati tuae, quod in ill· ecclesia ‖ guberna- f. 31
tionis suscepisse constat officium, pallii usum providimus concedendum, illis videlicet temporibus atque eo ordine quibus decessorem quoque tuum usum esse non ambigis. hoc nihilominus ammonentes ut, sicut a nobis in huius decoris usu ad sacerdotalis officii honorem accepisse te gaudes, ita etiam morum atque actuum probitate ad gloriam

---

1 destinasse signamus illum (illum *omnibus litteris perscripto*) *V* (*et ita R*), destinasse significamus illud *H*, illud destinasse significamus *G*, destinasse significamus (*omisso* illum) *B* 2 necessario] necesse *G* 3 benevolentiam *HG* 5 studeas *HGB* et] ut *GB* 6 officii *HR* vivacitate sollicitudinis *B* 7 custodia integritatem] custodita integritate *G* ipse e. a. contendens *om. G*.

XLVIII: V. f. 30′—31′. — C. LVIII. — Holst. XXXIII. — Garn. IV. tit. 4. — Roz. XLVIII.

10 benevolentia *HGBR* antiqua consuetudine *GB*, antiquae consuetudinis ordine *HR* 11 quod] quam *HGB* 12 pallei *BR* praevidimus *GB* 15 in huius decoris usu] huius d. usum *H*, huiusce d. usum *G*, huius d. usu *B* 17 gaudes [ita] etiam *m. pr. V*

in Christo susceptum sacerdotale adornare contendas officium. sic etenim alterno eris invicem decori conspicuus, si ad huiusce corporis habitum mentis quoque tuę bona concordent. omnia etiam privilegia quae tuae pridem concessa esse constat ecclesiae, nostra auctoritate firmamus
f. 31′ et inlibata ‖ decernimus permanere.

XLIX.
TRACTORIA.

Ecclesiasticae cause non recepit utilitas tarditatem. ideoque apud excellentissimum filium nostrum ill· regem ill· notarium sanctę nostrae ecclesiae destinavimus, et hortamur ut ei caballos cum quibus ad vicinam civitatem facile possit occurrere, caritas vestra sine mora faciat procurare, quatenus actio quae ei iniuncta est cum divino favore vestroque solatio mereatur effectum.

L.
ITEM TRACTORIA.

Presentium latores pro sua devotione liminibus beatorum principum apostolorum presentati petierunt ut a

---

1 in Christo] Christi *G*, in Christo nostram *B* susceptum sacerdotale] nostra susceptum autoritate sacerdotale *G* conten * d ** as *corr. m. pr. V* 2 decori *corr. m. pr. ex* decore *V*, honore *G* 3 huiusce *scripsi cum H*, huiuste (*litteris* s *et* t *ligatis*) *V*, huiuscemodi *G B*, huius *R*.

XLIX: V. f. 31′. — C. LIX. — Holst. LXIV. — Garn. VI. tit. 9. — Roz. XLIX.

8 recepit *m. pr. V*, *corr. m. recentiore in* recipit 10 notarium scę nostrae *m. pr. V* et hortamur] exhortamur *G B* 11 caballos *corr. m. pr.* (?) *ex* caballus *V* 13 procurari *H* 14 *post* solatio *add.* celeriter *G*.

L: V. f. 31′—32. — C. LX. — Holst. LXV. — Garn. VI. tit. 10. — Roz. L.

16 latores *corr. m. pr. ex* latrones *V* beatorum *om. HR*

nobis relaxati valeant ad propria remeare. ideoque precipimus quatenus sine impedimento solatium eis ac consultum ‖ impertientes eos absolvere debeatis, videlicet ut f. 32 ex vestra subventione refecti sospites valeant et insontes ad propria reppedare. ad eorum vero sustentationem itineris emolumentum erga vires impendite, vicissitudinem nobis a remuneratore omnium deo bonorum inpertiendam absque dubio prestolantes.

LI.

PRECEPTVM EVNTE ORDINATORE IN PATRIMONIO.

Salubri providentia quicquid ecclesiastica requirit utilitas, illis committendum credimus esse personis quas fidei puritas vel placite actionis studium laudabili opinioni commendat. quapropter tibi ill·, quod divina gratia suffragante dictum sit, omne patrimonium iuris sanctę Romane cui deo ‖ auctore deservimus ecclesiae per insulam ill· consti- f. 32′ tutum presenti preceptione perequandum sive ordinandum committimus et iniungimus ut colonorum vires sub divini iudicii contemplatione consideres et quantum pensionis

2 solatium *corr. m. pr. ex* solacium *V* 4 ex vestra] ex ea vestra *HR* 5 repedare *HG* 6 emolumentum erga] adiumentum atque *G* 7 nobis] vobis *HGB* bonorum deo *HG*.

LI: V. f. 32—33. — C. LXI. — Holst. LXXIII. — Garn. VI. tit. 3. — Roz. LI.

Partem lectionum editores hauserunt ex codicibus collectionis canonum Deusdedit cardinalis. — 9 eūt ordiñ *V*, eunti ordinatori in patrimonium subdiacono *H*, eunte ordinatore in patrimonium *G* 10 salubri] ille episcopus servus servorum dei illi subdiacono nostrae apostolicae sedis. salubri *B* 12 opinione *HGBR* 15 servimus *BR* 17 et iniungimus] iniungentes *GB*

nomine a presenti ill· indictione inferre debeant, sollicita provisione disponas, ne quisquam eorum ultra quam sufficit exigi coartetur aut amplius quam inferre convenit minus persolvant, et quicquid tibi cum dei timore provida deliberatione steterit, eiusdem creatoris nostri dextera protegente disponas, ut cui previderis aliquid relaxandum pensionis, levigationem inveniat et cui addendum esse reddideris quod iustum est, cogatur exsolvere, quia id f. 33 quod pauperibus ‖ erogatur, longe fit a mercede, si in his a quibus infertur non fuerit iuste ac misericorditer dispensatum.

LII.

ITEM ALIVD EVNTE RECTORE IN PATRIMONIO.

Quoniam in ordinando sive discutiendo patrimonio sanctae Romane cui deo auctore deservimus ecclesiae in provincia ill· constitutum a presenti ill· indictione iubemus te rectorem accedere, te videlicet bene agente et absque colonorum gravamine conversante, ut divini consideratione iudicii, nostrę quoque commonitionis memor ita te efficaciter ac fideliter exhibeas, ut nullius neglectus vel fraudis,

---

3 quam] quum *H* 4 minusve persolvat *GB* 5 constiterit *G* 6 provideris *H* 8 red^{d}ideris *m. pr. V*, credideris *HGBR* exolvere *G*, et solvere *R*.

LII: V. f. 33—33'. — C. LXII. — Holst. LXXIV. — Garn. VI. tit. 4. — Roz. LII.

De lectionibus quas editores aliunde hauserunt v. form. LI. — 12 item aliud eunti rectori in patrimonium notario nostro *H*, item aliud fundi rectori *G*, i. a. eunti rectori in patrimonio *B* 13 quoniam] ille episcopus servus servorum dei illi notario nostro. quoniam *B* 15 constituto *HGBR* a *add. m. pr. V*, *om. GB* illa iubemus te indictione *HR* 19 ac] et *G* nullius *corr. m. pr. ex* nullus *V*

quod absit, alicuius inveniaris sustinere periculum, magis autem id agas quatenus de fide et industria tua divine possis gratiae commendari. ad familiam quoque eiusdem patrimonii secundum morem precepta direximus, ut nihil quod ad peragende || quae tibi iniunta sunt in aliquod f. 33′ valeant impedire.

LIII.

COLONIS ET FAMILIĘ MASSARVM SIVE FVNDORVM IN PROVINCIA ILL· CONSTITVTE.

Ad sollicitudinem vos ill· sedis nostrae notarium et rectorem dispositio nostra pertinere constituit. iubemus enim ut eius presentia utilitatibus et culture agrorum mandatis parere properetis et salubrioribus oboedire preceptis. cui talem dedimus potestatem, ut eos qui contumaces extiterint, districta severitate corripiat. noveritis enim sub hac conditione vos esse commissos, ut mancipia, si qua foris latitant, vel fines pervasos sua instantia iuri ecclesiastico revocare non differat; pariter etiam periculo suo fuisse commonitum, ne aliquando violentiam rebus alienis vel raptum forsitan facere presumatis.

---

3 familias *G*   4 *post* nihil *add.* sit *HBR*   5 peragenda ea *HGB*, peragenda *R*   iniuncta *HGBR*   aliquo valeat *HR*, aliquo valeant *GB*.

LIII: V. f. 33′. — C. LXIII. — Holst. LXXV. — Garn. VI. tit. 5. — Roz. LIII.

De lectionibus quas editores aliunde hauserunt v. form. LI. — 7 missarum *neglegentia scribentis V*   8 ill· *om. G*   constitutorum *B*   9 notarium et rectorem] notarii et regimen *HB*, notarii et rectoris *G*   11 presentia] pro ecclesiae *G*   cultura *G*   15 enim] *add.* ei *HB*   16 quae *H*.

LIV.

f. 34 PRECEPTVM COMMENDATICIVM || EVNTE RECTORE IN PATRIMONIO AD IVDICEM PROVINCIĘ.

Qui in actione positus bonis se omnipotenti deo commendare studet operibus, viam sibi provectus sternit per quam salubriter ad desiderata perveniat et ad maiora semper, Christo adiuvante, proficiat. itaque, premisso salutationis alloquio, ill· notarium portitorem presentium, quem ad regimen patrimonii ecclesiastici in ill· insula constituti transmisimus, vestrae magnitudini commendamus, ut bonitati vestrae illi affectum et gratiam in causis pauperum libentissime commodetis atque ita eum, sicut re vera Christianos decet, in omnibus adiuvetis, quatenus dum vobis concurrentibus utilitate commissa peregerit, ante omnipotentis dei oculos, intercedente beato Petro
f. 34' apostolorum principi, actionum vestrarum mercedem || invenire et eius semper debitricem habere ecclesiam valeatis.

LIV: V. f. 33'—34'. — C. LXIV. — Holst. LXXVI. — Garn. VI. tit. 6. — Roz. LIV.

De lectionibus quas editores aliunde hauserunt v. form. LI. — 1 commendaticium eunte rectore] ad commendationem euntis rectoris *G* 2 patrimonium *HG* 3 qui] ille episcopus servus servorum dei illi insulae illius glorioso iudici. qui *B* 4 provectus] profecto *GB* 7 alloquio] obsequio *H* 10 bonitatis *HGBR* 11 commodetis] commendetis *G* 13 utilitatem commissam *HGB* 15 principe *HGB* 16 *post* valeatis *add. B conclusionem* (nec enim novum — salute faciat gaudere) *form. LV., quam vero non ex codice Diurni sed ex cod. Paris. collectionis Deusdedit cardinalis deprompsit.*

LV.

ITEM AD PATRICIVM.

Qui ill· protegit unde aliquod accedere cognoscit pauperibus alimentum, quid aliud agit quam de proprio egentibus elemosinam subministrat? quod et quia ita esse excellentiae vestrae iudicium non latet, libenter scribimus ea quae facere vos sponte confidimus. proinde honore debito salutantes, latorem presentium ill·, cui patrimonii ecclesiastici in illis partibus constituti cura commissa est, scriptis presentibus commendantes petimus ut ei auxilii vestri fautor dignanter adsistat atque ita illum, quocumque causam poposcerit, adiuvet, quatenus pro inpensis patrociniorum vestrorum bonis et nos orare pro precellentiae vestrae incolomitate enixius provocemur, et beatus Petrus apostolorum ‖ princeps cui vestram operam com- f. 35
modatis, dignam vobis et hic et in futuro retributionem conpenset. nec enim novum vobis est ista quae poscimus agere, nam multi exinde venientes tanta de vobis testati sunt, ut maiorem· de sublimitatis vestrę bonitate fiduciam capere quam olim habuimus debeamus, quoniam postulatus potiora sine dubio creditur exhibere quam consuevit etiam

LV: V. f. 34'—35. — C. LXV. — Holst. LXXVII. — Garn. VI. tit. 7. — Roz. LV.

1 item ad patricium provinciae *HB*, ad patricium provinciae *G* 2 illos *HR*, illa *GB* aliquid *G* cognoscitur *G* 5 indicium *G* 10 fautor] favor *HB*, salus *G* ita *om.* *GB* quaecumque causa *G* 12 vestrorum *om.* *G* excellentiae *G* 13 provocemur *scripsi cum* *HGBR*, provocemus *V* 14 vestram operam] vestrum obsequium *GB* 15 futurum *G* 16 poscimus *corr. m. pr. ex* possimus *V* 20 potiora] rationi *G* quam] quae *G*, qui *B*

non prȩstare. omnipotens deus ab omni malo vos protegat et de vestra nos semper faciat salute gaudere.

LVI.

ITEM DE EPISCOPOS.

Ill· notario sanctae nostrae ecclesiae patrimonium in insulam ill· a presenti ill· indictione, deo auxiliante, peragendum noveritis esse commissum. qua de re dilectio vestra memorato notario ubicumque necesse habuerit so-
f. 35′ lacia festinet impendere, quatenus adiutus || vestro auxilio ea quae ei iniunximus sine inpedimento valeat explicare, ut dum nobis de oboedientia vestra retulerit, apud nostros animos possitis, deo propitio, melius commendare.

LVII.

DE ORDINATIONE PONTIFICIS.

Psallunt secundum consuetudinem. procedit electus de secretario cum cerostatim septem et venit ad confessionem et post letania ascendit ad sedem, simul episcopi

---

1 non] *add.* rogatus *H*, postulatus *G*, postulata *B* 2 semper faciat] faciat semper *HBR*.

LVI: V. f. 35—35′. — C. LXVI. — Holst. LXXVIII. — Garn. VI. tit. 8. — Roz. LVI.

3 de] ad *HGBR* 4 notario ill· *G*, ille episcopus servus servorum dei illis episcopis a paribus. notario illi (*uti legitur in collectione Deusdedit cardinalis, v. form. LI*) *B* 5 insula *HGBR* 6 quare *GB* 9 ea *om.* *G* 11 commendari *HGBR*.

LVII: V. f. 35′. — C. LXVII. — Garn. II. tit. 8. — Roz. LVII.

12 ritus ordinandi pontificis G^2 14 cereostatis *G*, cerostatis *B* 15 litaniam *G*, letaniam *BR* ascendunt *G*

et presbiteri. tunc episcopus Albanensis dat orationem primam, deinde episcopus Portuensis dat orationem. postmodum adducuntur evangelia et aperiuntur et tenentur super capud electi a diaconibus. tunc episcopus Ostensis consecrat eum pontificem. post hoc archidiaconus mitti ei pallium. deinde ascendit ad sedem et dat pacem omnibus sacerdotibus et dicit: *gloria in excelsis deo.*

LVIII.

DE ELECTIO- ‖ NEM PONTIFICIS AD PRINCIPEM. f. 36

Cum non sine divine misericordiae nutu sit ita post mortem summi pontificis in unius electione omnium vota concurrere et convenire consensus, ut nullus penitus inveniretur qui discors possit existere, necessarium est ut serenissimo ac piissimo domino petitionis nostrae famulanter debeamus preces effundere, quem certum est et de subiectorum suorum gaudere concordia et clementer unitati postulata concedere. obeunte itaque beatissime recordationis papa nostro ill', in electione ill' venerabilis apostolice sedis archidiaconi omnium, deo volente, declinavit asensus, propter quod ita ab ineunte etate sua eidem

---

2 orationem] secundam *add.* *GBR* 4 Ostiensis *GBR* 5 post haec *G*, post hac *R* mitti] annectit *GB*, mittit *R*.

LVIII: V. f. 35'—36 A. — C. LXVIII. — Holst. III. — Garn. II. tit. 3. — Roz. LVIII.

8 de electione *HG*[1] *B*, relatio de electione *G*[2] 10 electionem *GB* 11 consensum *GBR* 12 posset *GB* 13 nostrae] unitae *G* 15 suorum *om.* *H* 17 electionem *HGBR* 19 assensus *HGBR* propter] propterea *GB* sua eidem] sanctae idem *G*, sanctae eidem *B*

ecclesiae militavit atque sic se in omnibus sollerter exhibuit, ut ecclesiastico regimini non inmerito divina suf- f. 36′ fragante ‖ sit gratia preponendus, presertim dum talius olim fuerit instituti, ut etiam predicti beatissimi ill· pontificis assidua conversatione sua ad tantorum meritorum insignia, quibus isdem sancte recordationis antistes fuisse cognoscitur adornatus, fecerit, Christo adiuvante, proficere et verbis suis desiderantis ad superna gaudia eius animos semper accenderit, ut quicquid boni in illo amisimus, in hoc nos invenire indubitabiliter confidamus. ideoque lacrimabiliter cuncti famuli supplicamus ut dominorum pietas servorum suorum obsecrationem dignanter exaudiat et concessa pietatis suae iussione petentium desideria pro mercede imperii sui ad effectum de ordinatione ipsius precipiat pervenire, quatenus per sacros clementiae vestrae f. 36 A apices ‖ sub pastore eodem constituti pro vita imperioque serenissimorum dominorum nostrorum omnipotentem dominum et beatum Petrum apostolorum principem, cuius ecclesiae dignum ordinari gubernatorem conceditis, iugiter exoremus. — SVBSCRIPTIO SACERDOTVM. Ego ill· misericordia dei presbiter sanctae Romane ecclesiae huic decreto a nobis facto in ill· viro venerabili archidiacono sanctae sedis apostolice et electo nostro consentiens sub-

1 solerte *H* 3 gratia sit *GBR* . presertim *corr. m. pr. ex* ps.. *V* dum] cum *G* talis *GHBR* 6 fuis ** se *corr. m. pr. ex* fuisti *V* 7 proficere] profectum *GB* 8 et] ut *GBR* desiderantes *GBR* eius *om. GB* 10 nos *om. H* 12 obsecrationes *GB* 15 vestrae] suae *GB* 18 beatum Petrum] beatorum *G* 19 conceditis *corr. m. pr. ex* concedistis *V*, concedit *GB* 21 ecclesiae Romanae *G* 22 (*et infra*) in ill· — electo nostro] in ill· ūū archidiac̄ scāē sedis apostolice et electo nr̄o *V*, in illum venerandum (venerabilem *B*) archidiaconum s. s. a. et electum nostrum *GB*, in illo venerando archidiacono s. s. a. et electo nostro *R* 23 consentiens *corr. m. pr. ex* consensiens *V*

scripsi. — SVBSCRIPTIO LAICORVM. Ego ill· pietatis vestrę servus huic decreto a nobis facto in ill· viro venerabili archidiacono sanctae sedis apostolicae et electo nostro consentiens subscripsi.

LIX.

NVNTIVS AD EXARCHVM DE TRANSITV.

SVPERSCRIPTIO. Domino excellentissimo atque precellentissimo et a deo nobis longeviter in principalibus ministeriis feliciter con- ‖ servando, ill· exconsuli patricio f. 36A' et exarcho Italie ill· archipresbiter, ill· archidiaconus, ill· primicerius notariorum, servantes locum sanctae sedis apostolicae. — Quamvis non sine gravi gemitu et vere flebili voce a deo servate excellentiae domini nostri per has nostras notescimus humiles syllabas quod, dei iudicio cuius dispensatione universus regitur orbis, ab hac luce fuisse subtractum domnum ill· sanctissimum nostrum pontificem, cuius cuncti vere, si dicendum est etiam lapides ipsi, flevimus exitum. die enim instantis mensis ill· obiit, pro cuius consternati, ut diximus, funere omnes grandi tristitiae prȩmimur mole, ad solam Christi dei nostri cordis oculos miserationem attollentes, ut ipse dignetur subvenire desperatis et suae providere dignum rectorem ecclesię, a quo

---

1 et subscriptio *GB* 2 hu'c *m. pr. V.*

LIX: V. f. 36 A—37. — C. LXIX. — Holst. II. — Garn. II. tit. 1. — Roz. LIX.

5 de transitu] pontificis *add. HGB* 6 precelleñ *corr. m. pr. ex* procelleñ *V* 9 Italie] ie *in rasura V* 11 quanquam *G*[1] 12 has] a *prorsus evanuit V* 13 innotescimus *GB* quod *om. HGB* 16 si] et si *GB* fleverunt *GB* 17 enim ill· (illo *B*) instantis mensis *GB*

f. 37 fundata est, qui etiam est pollicitus, ***non ei pre-* || *valere portas inferni.*** post divinum enim auxilium ad vestram excellentiam, domine nobis a deo multis temporibus concedende, omnes habemus fiduciam. ecce eventum lugubrem indicavimus, quia ad nostram consolationem humanum alibi non habemus confugium.

LX.

DE ELECTIONE PONTIFICIS AD EXARCHVM.

SVPERSCRIPTIO. Domino excellentissimo atque precellentissimo et a deo nobis longeviter in principalibus ministeriis feliciter conservando, ill· exarcho Italiae presbiteri, diaconi et familiaris universus clerus, axiomatici etiam seu exercitus et populus huius Romane urbis supplices. — Novit humanis rebus providentia succurrere et merentium fletus ac gemitus in exultatione convertere, ut
f. 37' qui nuper consternabantur afflicti, postmodum || appareant nimium consolati. canentis enim regis sunt dicta quae sanctus spiritus de templo prophetalis cordis insonuit: ***ad vesperum demorabitur fletus et ad matutinum letitiam.*** qui

---

1 qui etiam est *om. H* 2 enim *om. G* 3 domine nobis a deo *scripsi cum H*, domine nobis et deo *VR*, domine ill· excellentissime et deo a nobis *G*, domine excell. et a deo nobis *B* 5 nostram] nr̄a *V*.

LX: V. f. 37—40'. — C. LXX. — Holst. IV. — Garn. II. tit. 4. — Roz. LX.

8 praecellenti *H* 10 ill· exarcho] ill· (illi *B*) exconsuli patricio et exarcho *GB* 11 axiomati *G* 13 providentia] divina *add. HGB* 14 exultationem *HGB* 18 vesperam *GBR* matutinum *corr. m. pr. ex* matotinum *V* laetitia *HGB*

et iterum gratias referendo deo beneficiorum eius magnificentiam canit et dicit: *convertisti planctum meum in gaudium mihi, conscidisti saccum meum et precinxisti me letitiam, ut cantem tibi gloria mea et non conpungar, ipsi* enim *cura de nobis est*, ut vas electionis et vere fidei monet integritas, qui queque sunt tristitiae ad gaudium miserando perducit, quod et nobis exiguis et peccatoribus opem de eius misericordia prestolantibus dignatio celestis exibuit. etenim pontificalis memoriae ill· de presentibus curis ad eternam requiem evocato, ut adsolet || humanis rebus accidere, magna f. 38 nos tristitiarum moles obstrinxerat proprio dispensatores frust(r)atos. sed non diu in afflictione persistere consueta dei nostri benignitas sperantes in se dereliquid. triduo enim nobis exiguis in oratione manentibus, ut omnium meritis cęlestis dignatio demonstraret quem dignum ad successionem apostolice vicis iubeat eligendum, eius gratia suffragante et omnium animis inspirante, in uno convenientibus nobis ut moris est, familiaris cleri et plèbis, procerum etiam et militaris pręsentia, şi dici licitum est a parvo usque ad magnum, in personam ill· sanctissimi huius sanctae apostolice sedis Romane ecclesiae archidiaconi deo cooperante et beatorum apostolorum annisu concurrit atque consensit electio. cuius deo amabilis viri tantum meruit apud omnium conscientias bone et || pudice f. 38′

---

1 referens *GB* 3 con'cidisti *m. pr. V*, concidisti *HGBR* laetitia *GB* 4 cantet *GB* 6 qui queque] quippe quae *GR*, quique quae *B* miserando] mis*corr. m. pr. ex* mir *V* 8 prestolantibus] postulantibus *H* 11 dispensatore *HGBR* 12 frustatos *V* 15 meritis] mentibus *HGBR* 18 familiaribus *GR* 19 praesentiae *G* licitum *om. G.* 22 annisu, annisus *ante rasuram V*

LX. conversationis profectio, ut nullus in eius lectionem dissideret, nullus abesset nullusve se ipsum subtraheret. quem enim ad hoc apostolice vicis officium incomparabilis atque indeficiens dei nostri providentia predestinatum habuerat, quomodo non et humanis mentibus unanimis consonantia conveniret? quod procul dubio in dei presentia tenebatur adfixum. cuius et decreta sollemniter facientes et desideria cordium circa eius electionem manuum subscriptionibus confirmantes, per harum latores ill· sanctissimum episcopum, ill· venerabilem presbiterum, ill· notarium regionarium, ill· adeque subdiaconum regionarium, ill· et ill· viros honestos cives et de florentissimo atque felicissimo Romano exercitu ill· eminentissimum consulem seu ill· et ill· viros magnificos tribunos miliciae confamulos nostros f. 39 direximus, supplicantes || atque communiter impensissime exorantes a deo conservande precellentiae vestrae consuetam bonitatem piis votis concurrere, quia talis a nostro famulatu concorditer electus est, in quo quantum ad hominum scientiam respicit, null(i)us macula reprehensionis apparebit. et ideo supplicantes quesumus ut, inspirante deo, celse eius dominationis nos famulos voti compotes celeriter fieri precipiat, presertim cum plura sint capitula et alia ex aliis cottidie procreentur quae cure et sollicitudini

1 co[n]versationis *m. pr. V* perfectio *HGBR* electionem *HR*, electione *GB* dissideret] ac *add. HGBR* 2 abesset *corr. m. pr. ex* adesset *V* nullus sue *quod natum esse videtur ex* nullusue *V* 4 predestinatum] destinatum *G* 5 unanimis *om. GR* 7 decretum *G* 8 subscriptionibus *corr. m. pr. ex* subscriptionis *V* 12 atque felicissimo *om. H* 19 nullus *V* 20 apparebat *B* 21 dominationi *GBR* nos *scripsi cum HGBR*, vos *V* 23 quotidie *BGR* et sollicitudini pontificalis] et sollicitudinis p. *H*, sollicitudinem et pontificalis *GBR*

pontificalis favoris expectant remedium. provinciales vero cure vel queque sunt subinde causarum utilitates perfecte auctoritatis censuram expetunt et expectant. propinquantium quoque inimicorum ferocitatem quam nisi sola dei virtus atque apostolorum principis per suum vicarium, hoc est Romane urbis ponti- || ficem, ut omnibus notum f. 39 est, aliquando monitis conprimit, aliquando vero et flectit ac modigerat hortatus, singularem interventum indigeant, cuius solius pontificalibus monitis ob reverentiam apostolorum principis parientiam offerunt voluntariam et quos non virtus armorum humiliat, pontificalis increpatio cum obsecratione inclinat. cum haec ita sint, iterum atque iterum impensius, precelse et a deo conservate domine, supplicamus ut celerius, deo cooperante vestrisque precordiis inspirante, apostolicam sedem de perfecta eiusdem nostri patris ordinatione adornare precipiatis, utpote per gratiam Christi ministerium imperialis fastigii feliciter atque fideliter peragentem, quatenus et nos exigui famuli desiderium nostrum maturius expleri cernentes incessabiles || deo et imperiali f. 40 clementiae atque eximie ac deo placite dominationis

---

2 queque] quecumque *G* 3 expetunt et *om.* *G* 4 ferocitas *GB* 5 virtus *transmisit post* pontificem (*l.* 6) *G* 6 est] *add.* ac *R* 6—7 ut — comprimit *om.* *G* 7 *et* 9 monitis *corr. m. pr. ex* monitus *V* 7—8 vero — hortatus] vero flectit et morigerat hortatu *G* 8 singularem interventum indigeant] singulari interventu indiget *GB*, singularem interventum indigeat *R* 9 cuius] cum huius *G* 10 parentiam *G* offerant *GR* 11 armorum] ū *in rasura V* obsecratione] observatione *G* 13 conservate] servate *G* 14 cooperante] operante *G* 15 sedem de perfecta *corr. m. pr. ex* sedem defecta nostri patris] patris nostri *H*, n. p. atque pastoris *GB* 16 adornari *H* 17 peragentes *HG* 20 dominationi *HGBR*

vestrae gratiarum actiones valeamus exsolvere et cum promoto apostolice sedis pontifice, spiritali nostro pastore, iuges preces effundere pro vita atque incolomitate perfectisque victoriis tranquillissimorum atque christianissimorum dominorum nostrorum ill· et ill· magnis victoribus imperatoribus, ut regalibus eorum virtutibus misericors deus multiplices concedat victorias et de subiectionem omnium gentium christianam rempublicam faciat triumphare dequae restituta plenius Romani imperii prisca ditione letitiam cordis impertiat. scimus enim quod oratio eius quem ad pontificalis dignitatis dei nutu culmen eli-
f. 40′ gimus, divinam omnipotentiam ‖ flectat suis precibus atque complaceat, exoptate felicitatis incrementa Romano imperio preparavit vestramque a deo custodiendam potestatem ad dispensationem huius servilis Italiae provinciae nostrorumque omnium famulorum presidium et subventum longevis annorum mentibus conservabit. — SVBSCRIPTIO SACERDOTVM. Ego ill· humilis archipresbiter sanctae Romane ecclesiae huic decreto a nobis facto in ill· sanctissimo archidiacono et electo nostro consentiens subscripsi. — ET SVBSCRIPTIO LAICORVM. Ego ill· in dei nomine consul huic decreto a nobis facto in ill· sanctissimo archidiacono et electo nostro consentiens subscripsi.

---

4 tranquilli^ssi^morum *m. pr.* *V*   5 magnorum victorum imperatorum *G*   7 subiectione *HGB*   10 ditione] devotione *GBR*   11 dei nutu culmen] c. d. n. *G*   elegimus *H*   12 flectat suis precibus] s. p. flectet *G*   13 complacabit *G*   exoptate] et optatae *HGB*   14 praeparabit *HGB*   15 Italicae *G*   16 nostrumque *G*   17 annorum mentibus] annorum meatibus *HR*, armorum actis *G*, annorum curriculis *B*, *forsitan* (*v. superscriptionem huius formulae*) annorum ministeriis   19 a nobis facto *om. G.*   in ill· sanctissimum archidiaconum et electum nostrum *hic et infra* *GB*   20 consen.tiens, *ante rasuram* consensiens *V*   21 et *om. G.*

LXI.
AD ARCHIEPISCOPVM RAVENNE.

SVPERSCRIPTIO. Domino sanctissimo nobis spiritali || patri, ill· archiepiscopo ill· archipresbiter, ill· archidiaconus f. 41 et ill· primicerius notariorum, servantes locum sanctae sedis apostolice. — Inter cetera que summe divinitatis consilio disponuntur, pontificalis promotionis sublimitas, ipso a quo procedit omne quod bonum est prędestinante ac largiente, conceditur. quod quia ita dubium non est, sanctae paterne beatitudini vèstrae indicare curavimus quod, pontificalis memoriae domno ill· de presentibus curis ad aeternam requiem evocato, consueta dei benignitas tristitiarum molem quae nos de preteriti dispensatoris frustratum ad paululum obstrinxerat, abstersit atque linivit. etenim ne diu ictus afflictionis nos sauciaret, providum ac deo placitum apostolice vicis successorem || condonare f. 41′ dignatus. in uno quippe post triduo, ut moris est, convenientibus nobis, id est sacerdotibus et reliquo omni clero, eminentissimis consulibus et gloriosis ducibus ac universitate civium et florentis Romani exercitus, in personam amatoris vestri ac oratoris domini nostri ill· sanctissimi huius apostolicae sedis archidiaconi electionis

---

LXI: V. f. 40′—42′. — C. LXXI. — Holst. V. — Garn. II. tit. 5. Roz. LXI.

1 de electione pontificis ad archiepiscopum Ravennae G^2 2 spirituali *GB* 5 summo *H* 7 omne quod bonum est] omne bonum *G*, omne quod bonum *R* 9 sanctae et paternae *GBR* indicari *H* 10 domno *om.* *H* 13 frustratu *HGBR* inlinivit *GB* 16 dignata est *G*, dignatus est *B* in unum *HG* triduum *HGB* 18 eminentissimis *scripsi cum* *HGBR*, eminentissimus *V* ducibus] iudicibus *GBR* 19 et] ac et *H*, ac *BR* Romani *corr. m. alt. ex* Romane *V*

vota contulimus. in cuius deo dedicata electione nullus, gratia sancti spiritus inlustrante, defuit, sed omnium vota concorditer convenerunt. inque eius sanctitatis persona decreta sollemniter facientes, per harum portitores ill· sanctissimum episcopum, ill· venerabilem presbiterum, ill· notarium regionarium, ill· adeque subdiaconum regionarium, f. 42 ill· et ill· viros honestos cives et de exercitali || gradu ill· eminentissimum consulem, ill· et ill· magnificos tribunos ad precelsi et a deo servati filii vestri domini exarchi vestigia demandavimus, impensius obsecrantes ut celerius, deo eius animis inspirante, hanc apostolorum principis sedem, presertim pro diversis imminentibus et ad subventum provincie exigentibus simul et ad imperialem servitium respicientibus utilitatibus de perfecta ordinatione apostolici electi adornet, quatenus insit in apostolice sedis specula qui et Christi regat ecclesiam gregemque rationabilium salubriter dispenset ovium et pro stabilitate a deo decreti Romani imperii longevaque sospitate ad temporum prosperitatem predicti eximii domini exarchi indesinenti prece exoret. elabora itaque f. 42 quesumus, || sanctissime ac beatissime pater, et cum harum portitoribus, veneratoribus et filiis vestris, apud sepe fatum domnum exarchum inpigrius interveni, vicem gratiae

1 deo deditae electionis *GB* 4—6 portitores — regionarium] portitores sanctissimum e. ill· v. p. ill· notarium ill· regionarium *G* 7 *et* 8 ill· et ill·] illum et illum *H*, illos et illos *R* 9 vestri domini] domini *om.* *GBR*, nostri *R* 11 eius animis] huius animum *G*, eius animum *B* 13 imperiale *HGB* 14 utilitatibus *om.* *G* 15 apostolici electi] electi apostolicam sedem *G*, apostolici electi sedem *B* 19 ad temporum prosperiatem] ac temporum prosperitate *HGBR* 21 et] ut *G* 22 sepe fatum (se prefatum *VBR*) *scripsi cum H*, praefatum *G* 23 impigrius *HGBR* intervenias *GB*

propriae beato Petro fautori tuo reddens, totisque nisibus immine, ut optate ordinationis, deo iubente, adceleretur negotium, quatenus de presularibus paterne vestrae beatitudinis amminiculis et haec apostolica letetur ac exultet ecclesia et nos gratiarum actiones agamus et caritas denominati domni nostri electi futurique apostolici pontificis opulentius erga vestram presularem sanctitatem dilatetur.

LXII.

IVDICIBVS RAVENNE.

SVPERSCRIPTIO. Domino eminentissimo et nobis in Christo fratri, ill· consuli ill· archipresbiter, ill· archidiaconus et ill· primicerius || notariorum, servantes locum f. 43 sanctae sedis apostolice. — Si beneficia secularibus impensa negotiis digna minimae vicissitudine defraudantur, nullus profecto est qui dubitet, quod ea quae pio intuitu peraguntur, aeterne vite remuneratione rependantur. quae cum ita sint, licet inclite eminentiae vestrae propositum documentis plurimis agnoscamus, totis nisibus spiritali

---

1 totisque *scripsi cum HGB*, totiusque *VR* 2 imminens *G* 6 pontificis] principis *R*.

LXII: V. f. 42′—43′. — C. LXXII. — Holst. VI. — Garn. II. tit. 6. — Roz. LXII.

9 de electione pontificis ad iudices Ravennae *G*[2] 10 eminentissimo] excellentissimo *G*[1] 11 archipresbiter ill· archidiaconus et ill· *scripsi cum H*, a. i. archidiaconi e. i. *V*, a. et ill· archidiaconus ill· *GR*, archidiaconus et ille archipresbyter ille *B* 13 si benefacta *GB* 14 digna minimae (minime) *scripsi cum HGB*, dignamini meae *VR* 15 quod] quin *G* 18 pluribus *GB* agnoscamus *corr. m. pr. ex* agnoscimus *V* spirituali *G*

matri huic sacrosanctae apostolice dei ecclesiae utilitatibus ad concurrendum suffragari, fraterna tamen dulcedine hortare atque poscere congruum duximus, ut coniungentibus harum portitoribus ill· et ill· quos cum decretalibus paginis, cum impensa supplicatione pro celleri promotione oratoris vestri ac amatoris domni nostri ill· archidiaconi f. 43′ et || electi apud precelsum et a deo servatum domnum nostrum exarchum destinavimus, cum eis conveniat et ad precandum de optatis apud denominatum domnum exarchum subveniat, ut cum effectu, deo propitio, eis qui missi sunt remeantibus et de vestrae a deo servate eminentiae bonitate prospera prefato domno nostro electo nuntiantibus, non solum affectiorem eius sanctitatem erga vestram eminentiam efficiant, verum et boni ministerii merces atque vicissitudo ab ipso apostolorum principe cui specialiter concurritis, et in presenti vita multipliciter et in regnis celestibus rependatur.

LXIII.

AD APOCHRISARIVM RAVENNE.

SVPERSCRIPTIO. Dilectissimo fratri, ill· presbitero et apochrisario ill· archipresbiter, ill· archidiaconus et ill·

---

2 hortari *H G B R* 3 coniungentibus] convenientibus *G* 5 *post* paginis *add.* et *G* 8 nostrum *om.* *G R* 9 de optatis] deo optatis *H G R* 11 eminentiae] clementiae *H* 12 pro'pera *m. pr. V* 16 multiplicetur *H G B.*

LXIII: V. f. 43′—44′. — C. LXXIII. — Holst. VII. — Garn. II. tit. 7. — Roz. LXIII.

18 apocrisarium *H*, apocrisiarium *G B R*; *ante* ad *iterum add.* de electione pontificis G^2 20 apocrisario *H*, apocrisiario *G B R*

primicerius ‖ notariorum, servantes locum sanctae sedis f. 44 apostolicae. — Dudum obitum dilectissimam fraternitatem vestram sanctae memoriae domni ill· agnovisse pontificis satisfacimur. cuius post transitum, iuxta ut moris est, die tertia convenientibus nobis, id est clero, axiomaticis etiam et generalis militia ac civium universitate, in personam domni ill· sanctissimi archidiaconi, dei gratia suffragante, electionis vota contulisse nos indicamus. cuius et sollemne decretum facientes subscriptione omnium robaratum apud eximium et a deo servatum domnum exarchum per harum portitores ill· et ill· dreximus, cum quibus dilectissima fraternitas vestra conveniat et pro celleri promotionem pontificalis ordinationis deposcendo apud ‖ denominatum domnum exarchum interveniat, ut f. 44′ valeant hi qui missi sunt, Christo comite, cum effectu ad nos reppedare et de prosperis nuntiis apostolica Christi ecclesia omniumque nostrum animus magnanimiter relevare.

LXIV.

PRECEPTVM DE CONCEDENDO MONASTERIO.

Convenit apostolico moderamini pia religione pollentibus benivola compassione succurrere et poscentium animis

2 dilectissimam fraternitatem vestram obitum *G B* 4 satis scimus *G B*, satisfacimus *R* cuius] cui *G* iuxta *om. G* 6 generalis militiae *H G R*, generali militiae *B* 7 gratias suffragante *ortum ex* gratiasuffragante *V* 13 promotione *H G B R* deposcenda *H G B* 15 hi] ii *G B R* 16 apostolica *corr. m. pr. ex* apostola *V*, apostolicam Christi ecclesiam *H G B R* 17 animos *H G B R*.

LXIV: V. f. 44′—45′. — C. XCI. — Holst. LXVI. — Garn. VII. tit. 10. — Roz. LXIV.

18 preceptum d. c. m.] de *add. m. pr. V*, privilegium *G* 19 moderamini *corr. m. pr. ex* moderamine *V* pollentibus benivola] poscentibus benevola *G*

alacri devotione impertire assensum; ex hoc enim lucri potissimum premium a conditore omnium deo procul dubio promeremur, dum venerabilia loca oportunae ordinata ad meliorem fuerint sine dubio statum perducta. igitur quia petisti a nobis, quatenus monasterium sancti ill· positum in loco ill·, iuris sanctae Romanę cui deo auctore deservimus ecclesiae, tibi ad regendum atque ‖ (f. 45) cum dei timore dispensandum emissa preceptione concedere deberemus, inclinati precibus tuis per huius precepti seriem suprascriptum monasterium in integro cum omnibus ei pertinentibus a presenti ill· indictione et donec, deo iubente, advixeris, tibi concedimus, ut cum dei timore regendum atque dispensandum, ea dumtaxat ratione ut servos dei monachus qui in eodem monasterio sunt vel quos agregare potueris, sub castitate et modestia, sub regulari atque monastica disciplina ut pater familias moneas et gubernes, ita ut cottidianis diebus ac noctibus iuges deo laudes canere debeant, et ut luminariorum concinnationem atque restaurationem omni sine mora procures. loca etiam monasterii urbana vel rustica, si forsitan ab aliquibus ablata vel pervasa cognoveris, ‖ (f. 45′) haec tuo studio iuri venerabilis monasterii elabora reducere, ut iuxta quod a nobis es institutus, in omnibus et erga omnia sollicitudinem pii studii gerens possis et a deo mercedem recipere

1 impertiri *H* 3 opportune *HGBR* 5 petiisti *G* sancti ill·] illud *H* 7 ac *G* 10 in integro] in integrum *B*, integrum *GR* ei *om.* *G* 12 ut *om.* *HGBR* 14 monachos *HGBR* 16 monachica *GB* moneas] foveas *GB* 17 quotidianis *HGBR* 18 et [ut] luminariorum *m. pr.* *V* 19 omnem *GB* 20 forsitan *corr. m. alt. ex* forsan *V*, forsan *B* 21 perversa *GR* 22 elabores *GB* 23 erga *scripsi cum* *HGBR*, ergo *V* omnes *GB* 24 et *om.* *G* suscipere *GB*

atque id quod a nobis decretum est, cunctis diebus vitę tuae inconcussa temporibus firmitate subsistere.

LXV.

ITEM ALIVD.

Semper religiosis castaque vita viventibus libenter in his quae postulant annuimus. ideoque petente te a nobis cum tua congregatione monasterium beati ill· iuris sanctae nostre ecclesiae, constitutum in hac Romana civitate regione ill·, quatenus ibidem commanentes iugiter piis operibus vacantes cottidiae deo laudes decantare debeatis, hoc per huius preceptionis nostrae seriem tibi tuaeque congregationi ipsum || monasterium perenniter con- f. 46
cessimus, videlicet ut numquam te liceat tuamque congregationem exind[e] egredi, sed semper ibidem inhabitar[e], quia, ut dictum est, a nobis pietatis intuitu compatientes vestrae peregrinationi ipsum monasterium vobis est concessum. sed sicut statuimus vos exinde minime egredi, ita firmamus atque decernimus nullum habere de nostris successoribus licentiam vos exinde deici, sed semper esse monasterium in quo domino nostro Iesu Christo humani

---

2 inconcussa temporibus firmitate subsistere *scripsi cum H*, in temporibus concussa f. s. *V*, inconcussa f. valeat subsistere *G*, temporibus inconcussa f. valeat s. *B*, in temporibus concussa f. valeat s. *R*.

LXV: V. f. 45′—46. — C. XCII. — Holst. LXVII. — Garn. VII. tit. 11. — Roz. LXV.

3 item aliud] privilegium G^2 4 castamque vitam *GB* 8 iugiter] et iugiter *GR* 9 quotidie *HGBR* 10 hoc] hinc *H*, ob hoc *GB* praeceptionis nostrae] nostrae praeceptionis *GBR* 14 compatientibus *HGB* 18 deiici *H*, deiiciendi *G*

generis redemptore laudes decantare omnibus diebus congregatio debeat. in qua preceptionis nostrae pie mentis dispositione subterscripsimus et tibi perindeque tuae congregationi pro aeterno munimine vestro tradidimus.

LXVI.

f. 46′ PRECEPTVM DE CON- ‖ CEDENDO XENODOCHIO.

Petentium desideriis ita nos convenit inpertire assensum, ut tamen sequentibus temporibus nullis ecclesias(ti)ca utilitas valeat sumitti dispendiis; nam tunc petitorum postulatio congruum videtur suscipere effectum, quando venerabilia loca oportune ordinata ad meliorem fuerint sine dubio statum perducta. igitur quia petisti a nobis quatenus xenodochium qui appellatur ill·, constitutum Roma regione ill·, iuris sancte Romanę cui deo auctore deservimus ecclesiae, tibi ad regendum emissa preceptione concedere deberemus, inclinati precibus tuis per huius precepti seriem suprascriptum xenodochium cum omnibus eis pertinentibus a presenti ill· indictione diebus vite tuae f. 47 sub ‖ inferius adscripta conditione tibi concedimus dispen-

---

1 redemptori *HGBR* *post* congregatio *add.* vestra *GB* 2 in qua *scripsi cum HGB*, inque *VR* pie] piaeque *GB* 3 subterscripsimus] *add.* manu propria *B* perindeque] proinde atque *G*, proindeque *B*.

LXVI: V. f. 46—47. — C. XCIV. — Holst. LXVIII. — Garn. VII. tit. 13. — Roz. LXVI.

7 ecclesiasca *V* 8 summitti *H*, submitti *GBR* 11 petiisti *G* 12 qui] quod *HGB* 13 Roma regione ill· iuris sancte *add. in inferiore margine m. alt. V*, Romae r. i. i. s. *HR*, in Romana regione ill· i. s. *G*, in Romana civitate iuris s. *B* 15 *per *V* 16 eis] ei *HGB* 18 tibi *om.* *GB*

sandum, ea prorsus ratione ut in eodem venerabili loco lecta cum stratis suis tuo studio preparentur, in quibus egros semper suscipias et egenos eisque curam adhibeas et necessaria tribuas, confectionem oleorum infirmantibus atque indigentibus annue facies atque prepares vel omnia quae infirmantium necessitati sunt utilia, medicos introducens et curam egris impendens, ut tali tuo studio Christus deus noster possit placari, atque presens preceptio cunctis diebus vitae tuae maneat inperturbata, ne, si neglexeris, divine indignationi incurras et iuste talius dispensationis frust(r)eris.

LXVII.
ITEM ALIVD.

Qui in commissis sibi fidem propriam inlibate exhibere festinat, maxime ex quibus pauperum potest provenire ‖ consultum, nihil aliud agi creditur quam si de proprio f. 47′
egentibus elemosinam administret. quod quia ita esse non est ambiguum, tibi ill· sanctae nostrae ecclesiae notario cum domini auxilio xenodochium qui appellatur ill· diebus vitae tuae previdimus committendum, ea videlicet ratione

---

2 lecti *GB* 4 oleorum] idoneam *G* 6 introduce^{n}s *m. pr. V* 8 preceptio *scripsi cum H G B*, perceptio *VR* 10 divinam indignationem *HGB* iuste talius dispensationis] iuste tali dispensatione *H*, iusta mercede tuae dispensationis *GB* 11 frusteris *V*.

LXVII: V. f. 47—48. — C. XCV. — Holst. LXIX. — Garn. VII. tit. 14. — Roz. LXVII.

14 festinant *GB* 15 nihil] ab iis nihil *GB* 16 ministrent *GB* 18 domini] dei *G B R* qui appellatur *om. G* omnibus diebus *G* 19 *post* vitae *add.* tuae *m. alt. V* providimus *G*

ut omnipotentis dei pre oculis habens iudicium, pure ac fideliter conversans, nulli hominum pro fideli et pii operis conversatione facias rationem. huius ergo rei cautelam habens pre oculis, ita te in commissis eiusdem xenodochii utilitatibus vel exhibitionem curarum infirmorum ibidem reiacentium sollertem ac fidelem nec non efficacem exhibere festines, quatenus et apud hominum opiniones laudem adquiras || (f. 48) et omnipotenti domino nullis de neglectu reprehensionum maculis summitaris, constituentes videlicet hoc quę a nobis per presentis nostrae auctoritatem decreta sunt, nostros etiam in futuro successores inconcussa omnibus conservare.

LXVIII.
PRECEPTVM DE PREPOSITATV.

Quantum nos fidelium moderata sinceritas et dispensatorum discreta letificat puritas, providentiae cura nos sollicitat in subiectis meritorum cumulare suffragium; hinc enim et pietatis integritas compendium sustinet et apostolica dei ecclesia digne commissa meliori tantum flagravit

---

2 nullius *G* pia *G B R* 3 facias rationem *om.* *G B* ergo *om.* *GB* 5 utilitatibus vel exhibitionem curarum] u. v. exhibitione curarum *H R*, u. geras ut curam *G B* 6 iacentium *GB* 7 et *om.* *G B* 8 deo *G B R* 9 summittaris *H R*, submittaris *G B* 10 haec *H G B* presentis nostrae auctoritatem] pr *corr.* *ex* pc *m. alt.* *V*, presentis nostrae paginae auctoritatem *H*, p. n. praeceptionis a. *G B* 12 omnibus] modis omnibus *G B*.

LXVIII: V. f. 48—49. — C. XCVI. — Holst. LXX. — Garn. VII. tit. 15. — Roz. LXVIII.

13 de praepositura *G*[1] 14 nobis *G* 15 laetificet *H* providentiae] tantum pastoralis providentiae *G B* 16 suffragia *G B R*

statu. idcirco certis verisque iudiciis experti de sinceritatis tuae certissima efficacia, quod deum pre oculis proferas, per huius nostrae preceptionis paginam prepositum te in memoratam || basilicam beati ill· que sita est in loco f. 48′
ill· cunctis diebus vitae tuae a presenti ill· indictione decernimus, ea vero ratione servata ut, si qua expensa aut mercedes in quacumque re necesse habuerit predicta basilica seu luminariorum concinnationem, a tua industria expendatur, ita videlicet ut summam sollicitudinem et curam erga eandem sacrosanctam basilicam nihilominus exhibeas, quatenus valeas deo omnipotenti eiusque martyri complacere. statuentes per huius nostrę preceptionis paginam et sub divini iudicii obtestatione prohibentes, si studiose eius a te fuerit in omnibus utilitas procurata, nulli licere diebus vitae tuae de eodem prepositatu te succedere, potius quod a nobis decretum est conser- || vari devote statuimus. f. 49

LXIX.

PRECEPTVM QVANDO FIET ABSENS SVBREGIONARIVS AC REGIONARIVS.

Qui in commissis sinceriter fidem suam inlibatam exhibet, unde apostolorum principi eiusque vicario possit

---

1 indiciis *GBR* 2 praeferas *GB* 4 in memorata basilica *GB* 5 cunctis *in rasura V*, esse cunctis *GB* 7 mercede *GB* in quacumque re n. h. predicta] in quacumque re praedicta n. h. *G* basi^{ll}ca *m. pr. V* 8 concinnatione *GB* 11 martyri] mar (*et in linea subsequenti*) ri *m. pr.*, *add. in margine* ty *m. alt. V* 15 succedere] suadere *G* 16 decretum est conservari] decretum servari *GR*, decretum conservari *B*.

LXIX: V. f. 49—49′. — C. XCVII. — Holst. LXXI. — Garn. VI. tit. 2. — Roz. LXIX.

17 quando clericus fiet absens (*omisso* subregionarius ac regionarius) G^1, quando absens subregionarius fit regionarius G^2

esse acceptus, merito ad incrementum provehitur dignitatis et fortiori, nostro interveniente preceptionis annisu, ditatur honore. et idcirco de tuis fidelibus servitiis quamquam dudum, tam(en) et in presenti ex suggestione ill· satisfacti promotionis munificentiam tibi concedimus. et ideo ex auctoritate beati Petri principis apostolorum cuius licet impares meritis, deo tamen dignante, vices gerimus, noveris te ab hac die inter regionarios notariorum esse ad- f. 49′ scriptum, ‖ quatenus talibus beneficiis existens memor tu quoque meliora valeas ac festines demonstrare servitia.

LXX.

PRECEPTVM QVANDO LAICVS TONSORATVR ET FIT REGIONARIVS.

Quos bone vite opinio et optime conversationis meritum commendat, hos et nos intro ecclesiasticum ovile aggregare non despicimus. et quia ex narratione plurimum sumus satisfacti de conversationis tuae modestia, quod elegantis vite sis, dignatum censuimus inter clerum huius apostolice dei ecclesiae te connumerari ac inter regionarios notarios per huius preceptionis paginam ex auctoritate beati Petri apostolorum principis cuius licet impares

---

2 fortiore *H* nostrae *B* annisu] su *in rasura V* 4 tamen *scripsi cum GB*, tam *V* 8 notarios *GB* 9 talis beneficii *GBR*.

LXX: V. f. 49′—50. — C. XCVIII. — Holst. LXXII. — Garn. VI. tit. 1. —Roz. LXX.

11 tonsuratur *HGB* 14 intra *GB* 15 plurimum *ita m. pr. V* (*priorem litteram* m *elutam m. recentior restituit*), plurium *HGB* 16 modestia *scripsi cum HGBR*, molestia *V* 17 dignatum] dignum *HG*, dignum esse *B* 18 notarios regionarios *G* 20 licet] c *in rasura V*

meritis, deo tamen dignante, vices || gerimus, ab hac die f. 50 noveris te esse adscriptum, quatenus talis beneficii memor existens diebus· vite tuae in his quae iniunctus fueris a proceribus tuis, fideliter ac sinceriter deservias et in cunctis oboedientiam et rectitudinem exhibeas, ut deo beatoque Petro apostolo auctori et protectori nostro acceptus appareas et apud nos commendatior de fideli servitio atque laude dignus proberis.

LXXI.

PRECEPTVM DE CONCEDENDO PVERO IN MONASTERIO.

Nihil credimus minui ab ecclesię dei iure, cotiens donis apostolicis aliquid piis locis fuerimus largiti, precipue eius providentia faciente qui nomine Iesu Christi dei nostri laudes iugiter solvunt. igitur tibi cui supra nomen abbati presbitero et per te antefato || venerabili f. 50′ monasterio inrevocabili iure pro monachorum et fratrum congregatione deo laudes illic canentium sustentatione stipendii victusque necessitate procurandum a presenti ill·

---

2 *post* beneficii *add.* vel promotionis *GB* 3 iniuncta fuerint *G* 4 deserv'as *m. pr. V.*

LXXI: V. f. 50—51. — C. XCIX. — Holst. LXXXV. — Garn. VII. tit. 16. — Roz. LXXI.

11 dei *om. G* quotiens *H*, quoties *G*, cuotiens *B R* 12 donis] ex bonis *GB* 13 eius] tamen eis *G*, tamen eius *B* providentia faciente] providentiam facientes *HBR*, providentia favente *G* nomini *H*, in nomine *GB* 14 tibi cui supra nomen] (nom̄ *V*), t. c. s. nomine illo *H*, tibi ill· *G* 16 et *om. G* 17 deo l. i. c. sustentatione *om. GB* 18 stipendii] et stipendii *GB* procuranda *GBR*

indictione donamus cedimus atque largimus iuri domin(i)oque monasterii, ut premissum est, possidendos ex patrimonio ill· massa ill· seu infrascripta familia tal· natione ill·, ita ut cunctis diebus vite eorum in eodem deserviant monasterio et omnem oboedientiam vobis exhibeant, vel qui ex eis fuerint procreati sicut certe servi propriae dominationi, nec licentiam sit cuiquam aliquem subtrahere aut alienare, sed iure perpetuo loco venerabilis monasterii diaconia servile(s) subiaceant, in omnibus
f. 51 servitium exhibentes ‖ in quibus fuerint imperati et ordinati congregatione illi constituta ut certe propria dominatione. quod si quisquam contra huius nostri preceptionis atque donationis pagina venire temptaverit, sit auctoritate beati Petri apostolorum principis anathematis vinculo innodatus et perpetuae condemnationis summissus. quam preceptionis paginam a nobis subscriptam tibi cui supra ill· tuoque monasterio contradidimus pro futura cautela.

---

1 largimur *HGBR* dominoque *V* (*et ita R*) 3 massa ill·] vel monasterio ill· *G* infrascripta] in suprascripta *G* tal·] tali *H*, tales *GBR* 5 omnes *GB* 6 ex eis] ex e *corr. ex* ex f *m. pr. V* 7 dominationis *GB* licentia *HGBR* 9 veñ moñ *V* diaconia] vel diaconiae *G*, vel diaconia *B* servile *V*, servire *GB* subacea"t *m. pr. V* 10 servitia *GBR* exhibentes] exh *corr. ex* exi *m. pr. V* 11 congregatione illi constituta] congregationi illic constitutae *H*, a congregatione illic constituta *GB*, congregatione illic constituta *R* propriae dominationi *H*, propriae dominationis *GB* 12 nostrae *HGB* 13 paginam *HGB* tentaverit *HG* 15 condemnationi *HGBR* 16 tibi cui supra ill·] tibi c̄s ill· *V*, tibi abbati ill· *G*.

LXXII.

PRECEPTVM DE CONCEDENDO PVERO.

Exemplo pastoralis benignitatis acce(n)duntur fidelium anime et maxime ministrorum ecclesiasticę dignitatis, ut perfidelia servitia in commissis non solum ipsi exerceant, verum alios adhibere commemorent. quapropter fidelibus servitiis tuis satis- ‖ facti dilectioni tuae ill· f. 51′ puerum qui ex colonatu massę ill· patrimonio ill·, iuris sanctae Romane cui deo auctore deservimus ecclesiae, fuisse dinoscitur, collata tibi munificentia, apostolica auctoritate donamus cedimus atque largimur et iuri atque dominio tuo eundem ill· puerum conferimus, ita ut ab hac die utpote vere dominus eius servitio potiaris et quicquid de eo facere volueris liberam ex nostra auctoritate habeas facultatem, quatenus hoc beneficio potitus etiam meliora nobis ac fideliora obsequia exhibere inviteris.

LXXIII.

PROMISSIO FIDEI EPISCOPI.

In nomine domini e t c e t e r a. — Promitto ill· ego tal· episcopus sanctae ecclesiae ill· vobis domino meo

---

LXXII: V. 51—51′. — C. XLVII. — Holst. LXXXVI. — Garn. VI. tit. 17. — Roz. LXXII.

1 item preceptum d. c. p. *GB* 2 accenduntur *scripsi cum HGBR*, accoduntur *V* 4 fidelia *G* ipsi *om. R* 7 patrimonii ill· *GB* 9 fuisse dinoscitur] cognoscitur *G* collata] collocata *HGBR* 12 utpote vere] utpote verus *H*, ut proprius *GB* 15 nob'ls *m. pr. V.*

LXXIII: V. f. 51′—55′. — C. LXXVIII. — Holst. XX. — Garn. III. tit. 6. — Roz. LXXIII.

17 ill· ego tal·] ego ill· *GB* 18 vobis *om. GB*

LXXIII. sanctissimo et ter beatissimo ill' summo pontifici seu universali ‖ (f. 52) pape et per vos sanctae vestre catholicae ecclesiae et apostolicae sedis devota mentis integritate et pura conscientia (et iureiurando corporali ut) oportet proposito, quae pro firmamento sive rectitudine catholicae fidei et orthodoxę religioni conveniunt, me profiteri. et ideo promitto atque spondeo vobis cui supra beatissimo domino meo papae et per vos beato Petro principi apostolorum eiusque sanctae ecclesiae illam fidem tenere predicare atque defendere quam ab apostolis traditam habemus et successores eorum custoditam, reverendam Nicenam sinodum trecentorum decem et octo patrum, sancto spiritu sibi revelante, suscipiens redegit in symbolum. deinde tres aliae sanctae synodi, id est Constantinopolitanam centum quinquaginta ‖ (f. 52′) patrum sub piae memoriae Theodosio seniore principe facta et Efesanam primam cui beatę memoriae pape Celestinus apostolicae sedis pontifex et beatus Cyrillus Alexandrinus episcopus presederunt, sed et Calcedonensem sexcentorum triginta patrum quae sub piae memoriae Marciano imperatore convenit cuique sanctae recordationis papa Leo per legatos suos vicariosque presedit, et prout diversarum heresum damnanda exigebat

---

3 sedi *HGB* 3—4 pura conscientia — proposito] pura conscientia oportet proposito *V*, purae conscientiae ut oportet proposito *H*, pura conscientia firmoque ut oportet proposito *GBR* (*v. quae de hoc loco in praefatione disserui*) 5 quae] ea quae *GB* fidei *om. H* 6 religionis *GB* 7 cui supra] c̄s *V*, sanctissimo et *G* 10 habemus et] *add.* per *H*, *add.* quam per *GBR* reverenda Nicaena synodus *H*, veneranda Nicaena synodus *GB*, venerandam Nicaenam synodum *R* 13 relevante *H* 14 sy*nodi *V* Constantinopolitana *HGB* 16 Ephesina prima *HGB*, Ephesinam prima *R* 17 papa *HGB* 18 Chalcedonensis *HGB*, Chalcedonensem *R* 22 et *om. G*

diversitas, eandem fidem uno eodemque sensu atque spiritu declarantes latius ediderunt. eos autem quicumque ab eisdem sanctis patribus in memoratis quattuor synodis vel quintę sub pie memoriae Iustiniano confecte diversis vicibus damnati leguntur, me meamque || f. 53 ecclesiam eorundem venerandam auctoritatem patrum sequentes insolubili damnatione procellimus, nec non et omnes quos beate recordationis Romane urbis pontifices propter diversos errores vel hereses damnaverunt, damnamus. illud etiam, spiritali suffragante gratia, profitemur, nos sanctae et beate recordationis Leonis apostolicę sedis antistitis epistulam ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum datam qui et tomus appellatur, sed et omnes eius epistolas de fidei firmitate prescriptas per omnia et in omnibus inviolabiliter custodire et semper libere sicut predicatis predicare. in quibus inter cetera evidentissime continetur, unum eundemque deum dominum et salvatorem nostrum Iesum Christum || f. 53' filium dei eundemque hominis filium ex duabus et in duabus naturis, hoc est divinam et humanam, in unam personam atque substantiam concurrentibus et in sua proprietate differentiaque manentibus, esse predicanda, non in duas personas atque in duos fil(i)os partitum sed, ut dictum est, unum eundemque filium dei deum et dominum nostrum Iesum Christum, quem credimus in uterum vir-

4 quinta .... confecta *HGB*, quinta .... confecte *R* ** (*eraso* in) diversis *V* 5 me meamque ecclesiam] ego meaque ecclesia *HGB*, me meamque ecclesia *R* 6 patrum auctoritatem *GBR* 7 percellimus *HGB* 8 Romae *G* 11 epistulam *corr. ex* epistolam *V* 12 quae *GB* 14 perscriptas *GBR* 19 ** divinam *V*, divina et humana *HGB* 20 subsistentiam *GBR* 21 predicandum *HGB* 22 filos *V* 24 utero *GB*

LXXIII. ginis sanctae Mariae genetricis suae de eadem sancta semper virgine Maria sumpsisse veram carnem animatam anima rationali ac sibi unisse, et ita ex utero dei virginis genetricis Mariae natum eundem deum verbum carne, eundem passum carne, crucifixum, mortuum carne, resur- f. 54 rexisse eundem secundum carnem, ascendisse || idem in celis in eadem carne, unde numquam divinitate discessit, et ita in eadem carne venturum iudicare vivos et mortuos, et sic semper in eadem carne venturum. et quamvis ad orthodoxe fidei sinceritatem abunde superius dicta sufficiant, tamen quia hoc a nobis specialiter profitendum, sicut condecet, voluistis, detestamur etiam eos et abhominamur atque damnamus quicumque in domino deo et salvatore nostro Iesu Christo ante adunationem duas naturas et post adunationem unam delirando dicere vel credere presumpserunt presumunt atque presumpserint. profitemur etiam cuncta decreta pontificum apostolicę sedis, id est f. 54′ sanctae recordationis Severini, Iohannis, || Theodori atque Martini, custodire quae adversus novas questiones in urbe regia exorte sunt, et per proprias doctrinas cuncta zizaniorum scandala amputasse noscuntur, profitentes iuxta

1 suae] *add.* descendentem *H* 3 dei genetricis virginis *H*, virginis dei genitricis *GBR* 4 verbum] verum *GB* 5 crucifixum] *add.* et *GB* 6 eundem] eum *GB* idem in celis in eadem carne] itidem in caelis in eadem carne *H*, eumdem in eadem in caelos *G*, eumdem in coelis in carne eadem *B*, idem in coelis in eadem *R* 9 venturum] mansurum *HGB* 11 specialiter a nobis *G* 15 delirando (*v.* delyrus *et* delirum *in form. LXXXIV*) *scripsi cum HGBR*, deliberando *V* 16 presumunt atque presumpserint *om. G* 19 quae] qui *GB* questiones in urbe regia exorte sunt] questiones i. u. r. exortas facta sunt *H*, quaestiones i. u. r. exortas *G*, quaestiones quae in u. r. exorte sunt *B* 20 per proprias doctrinas] pro propria doctrina *G*, pro proprias doctrinas *R*

duarum naturarum modum ita et duas naturales voluntates atque duas naturales operationes; et queque damnaverunt, sub anathemate damnamus, queque susceperunt, suscipimus et tota fidei integritate veneramus. ad haec vero suscipio et amplector et venero definitionem quam, deo auspice, sancta universalis ac magna sexta synodus quae in regia Constantinopolitana urbe convenit, in qua et apostolicae sedis legati domni Agathonis pape presidere ma- || nifestum f. 55 est, qui et per decreto Christianissimi ac piissimi et a deo coronati Constantini magni principis congregata est; et queque susceperunt, suscipimus et quos vel quae abiecerunt, abicimus similiter et quos anathematizaverunt et damnaverunt, anathematizamus ac damnamus. profitemur etiam numquam nos aliquid novi quod dumtaxat contra catholicam fidem et orthodoxam religionem esse claruerit, suscepturos. inter ea promitto numquam me parrochia aut iura alterius cuiuscumque ecclesiae pertinentia sub iura et dicione episcopatus mei pertinere. et ut nostrae fidei vestro apostolatui sanctaeque catholicae eclesie integritas ac puritas monstraretur, presentis pro- || fessionis nostrae f. 55' paginam per illum notarium scribendam dictavimus et in

---

1 motum *G* ** ita *V* voluntates atque duas naturales *om. G* 2 queque] quaecumque *G* 4 veneramur *HGB* 5 veneror *HGB* 7 in qua et] et in qua *G* 8 sedis legati domni Agathonis pape] sedis domni Agathonis legatos *G* presidere *corr. m. pr. ex* prer.. *V* 9 qui] quae *HGB* decretum *HGB* 11 queque] quaecumque *G* 12 et] atque *HGBR* 14 dumtaxat *om. G* 16 inter ea] interea *HBR*, praeterea *G* parochiam *HGBR* 17 sub iure et ditione *HBR*, sub iurisdictione *G* 18 pertinere] retinere *H*, usurpare *GB* 19 sanctaeque] *add.* eius *GB* eclę *super lineam add. m. alt. V* 20 professionis] promissionis *GB* 21 in *om. G*

sacro scrinio sanctae apostolicae sedis beatitudini vestrę contradimus. — SVBSCRIPTIO EPISCOPI. Ill· indignus episcopus sanctae ecclesiae ill· huic promissioni sponsionique orthodoxae fidei fideliter a me facta et omnia relegens quae superius tenentur consentiens subscripsi. — SVBSCRIPTIO SACERDOTVM EIVSDEM ECCLESIĘ. Ill· talis indignus presbiter sanctae ecclesiae ill· huic promissioni sponsionique orthodoxae fidei facta ab ill· sanctissimo episcopo meo ad omnia quae superius professa sunt relegens consentiensque subscripsi.

LXXIV.
CAVTIO EPISCOPI.

f. 56 In nomine domini dei salvatoris nostri ‖ Iesu Christi, imperante e t c e t e r a. — Inter cetera salubris instituta doctrine quibus me ill· episcopum, domine ille beatissime atque apostolicae papa, ad accipiendum regendumque episcopatum ecclesiae ill· perducere atque informare dignatus es, hoc me quoque ammonuistis ut sacerdotium nullo pre-

---

1 scri**nio *V* beatitudinis *GB* 2 et subscriptio *GB* ill·] ego ille *B* 4 facta et] factae et *H*, factae (*om.* et) *GBR* 5 tenentur] continentur *GB* consentiensque *G* et subscriptio *GB* 6 ill· talis] ill· *G*, ego ille *B* 7 ecclesiae ill·] il· *add. m. pr. V* 8 factae *HGBR* sanctissimo] scs̄s *V* 9 ad *om. GB.*

LXXIV: V. f. 55′—59. — C. LXXIX. — Holst. XXI. — Garn. III. tit. 7. — Roz. LXXIV.

12 dei] *add.* et *GB* 13 imperante] imp̄ *V*, imperatore *H*, imperante ill· *GB* 14 domine (dn̄ *V*, domne *H*) i. b. a. a. papa] vos dominus ill· beatissimus atque apostolicae sedis papa *G*, vos domine i. beatissime atque apostolice papa *BR* 16 dignati estis *G* 17 ut *om. G* premio *corr. m. pr. ex* proemio (pro *in ligatura*) *V*

mio concedi, excepto officiis quibus ex antiqua consuetudine dari solet, quia dignum est ut quod gratis accepi, gratis debeam, deo iuvante, conferre. spondeo me de ordinationibus clericorum ab hostiario usque ad presbiterum nullum proemium esse accepturum, sed eos quos dei consideratione ad officium clericatus elegerint, gratis me esse ordinaturum. idem profiteor nec de baptizandis consignandisque catholicis numquam me aliquod premium in qualibet re vel specie per quamcumque ‖ personam f. 56'
postulaturum sub divini obtestatione promitto accipere. spondeo etiam ęcclesiastica predia urbana vel rustica universasque res immobiles seseque moventibus vel ordinatum ecclesiae ministeriaque sacrata diligenter et fideliter servaturum, vel si qua pignera a quibuslibet oblicata sunt aut in debito detinentur, meo annisu labore et sumpto proprio, prout temporis necessitas largitur, atque meo studio revocanda nec a me alienanda quolibet titulo esse promitto. ecclesiastica vero negotia quae proponenda aut excipienda fuerint, me sine respectu gratię conludii vel venalitatis aut fraudis, agendi contra detemptatores, excipiendi contra pulsantes, efficaciter atque fideliter, con-

1 concedi] concedam *HR*, concederem *B* exceptis *G* 3 ordinatione *GB* 4 ostiario *HG* 6 elegero *GR*, elegerim *B* 7 idemque fateor *G* 8 unquam *HGB* 9 pro quacumque persona *GB* 10 postulaturum — promitto accipere] postulaturum nec accepturum — promitto *GB* obtestatione] *add.* iudicii *HGB* 12 moventes *HGB* ordinatum] ornatum *H*, ornamenta *GB* 13 sacra *B* 14 vel *om.* *GB* pignora *HGB* obligata *HGB* 15 in debito] indebite *GB* sumptu *HGB* 16 prout] ut *GB* largietur *GB* 17 alienanda] *add.* nec impignoranda *H* promitto] *add.* excepta pauperum et captivorum necessitate *H* 18 ecclesias^{ti}ca *corr. m. alt. V* 19 fuerint *super lineam add. m. alt. V* me] a me *HR* 20 detentatores *HGB* excipiendi] vel excipiendi *GB*

LXXIV. f. 57 siderata tamen iustitia in omnibus, proponenda ‖ et ideo, deo iubante, peragenda confirmo. nec de ecclesiastici iuris predio urbano vel rustico cuiuslibet meriti aut idoneum aut minimum vel mancipia cuiuslibet sexus vel aetatis episcopatus mei promitto alienaturum esse temporibus, quatenus ecclesia mea qua ordinatus sum, nullum dispendium patiatur. quartas vero clericis vel fabricis portionem me annis singulis sine aliqua imminutione spondeo prestaturum nec pro gratiarum, cuiuslibet meriti sit, persona ecclesiasticis officiis agregare. sarta tecta vero cura per omnes ecclesias meas sub omni diligentia vel sollicitudine me profiteor annis singulis, prout expensas habuero, esse facturum nec ulterius episcopatus mei tem- f. 57′ pore pro qualibet necessitate ministeria ‖ supradicta loco pigneris obliganda. preterea promitto me sine sedis apostolicae iussione ad comitatum nullatenus proficisci nec per diversas provincias aut civitates discurrere, quatenus ecclesiam meam videar sine qualibet occasione deserere. promitto etiam me ad natalem apostolorum, si nulla ne-

1—2 iustitia in omnibus proponenda et (*ita scripsi cum H*, est *V*) ideo (*quod om. H*) deo iubante (iuvante *H*) peragenda] in omnibus iustitia quae universis utilitatibus praeponenda est, deo iuvante, a me peragenda *GB*, iusticia in omnibus proponenda, ideo deo iuvante peragenda *R* 2 nec de] nullum me *GB* 3 predio u. v. rustico (rusti°o *m. pr. V*)] praedium urbanum vel rusticum *GB* 4 minimum] nimium *GB* 5 mei] *add.* meis *H* 6 mea qua] in qua *GB* 7 quartam *GB* vero *om. G* 8 portiones *H* mea annis *quod natum esse videtur ex* meannis *V* 9 praestiturum *H* pro gratiarum — agregare] pro gratia cuiuslibet meriti persona ecclesiasticis officiis aggregare *H*, pro gratia ullam cuiuslibet meriti sit personam e. o. aggregare *GB*, nec pro gratia cuiuslibet meriti sit personarum e. o. aggregare *R* 11 cura *om. HGBR* 13 ulterius] alteri *H* 14 necessitate] causa *GB* 15 pignoris *HGB* 18 qualibet] gravi *GB* 19 etiam me] me etiam *G*

cessitas impedierit, annis singulis occursurum. quodsi contra haec quae superius continentur, aut contra quodlibet eorum me egisse vel fecisse convictus fuero, tunc non solum ea quę ecclesiae meae competenter amiserim vel forte iniuste percepero, a me heredibusque meis restituenda confirmo, verum etiam honoris mei periculum subiturum. insuper etiam promitto preter cunctas ‖ (f. 58) mihi propinquitates aut affinitates personas, si quis pro animae suae iudicio me heredem inscripserit aut per donationem aliquid mihi forsitan largitus fuerit, hoc me ill· episcopus sanctae ecclesiae ill· spondeo collaturum; quod si minime fecero, sit sanctae ecclesię licentia vel sacerdotibus eius, tamquam si ab eis universa sibi adquesita fuerint vel collata, ex hac mea professione et sponsione indubitabiliter vindicare. illud etiam pre omnibus spondeo atque promitto, me omni tempore per singulos dies a primo gallo usque mane cum omni ordinatione clericorum meorum vigilias in ecclesia cęlebrare, ita ut minores quidem noctes, id est a pascha usque ad equinoctium vicesima quarta die mensis septembrii, ‖ (f. 58′) tres lectiones et tres antiphonas atque tres responsorias dicantur, a vero aequinoctio usque ad alium vernale equinoctium et usque ad pascha quattuor lectiones cum responsoriis suis et antiphonis suis dicendum; domi-

4 competentia *GB* 5 perceperim *GB* 6 mei periculum] me periculum spondeo *GB* 7 propinquitatis aut affinitatis *H*, propinquas aut affines *GB* 10 ep̄s *V*, episcopum *GB* 12 sit] *add.* superscriptae *GB* 13 adquisita *H*, acquisita *GB* 17 ordine *GB* 18 minores quidem noctes] per minores q. noctes *H*, minoris q. noctis *GB* 19 mensis *om. H* 20 septembris *HGBR* antiphonae *HGB* tria responsoria *H*, tres responsorii *GB* 21 a vero] a verno *H*, ab hoc vero *GB*, ab vero *R* aliud *HGB* 23 suis (*post* responsoriis) *om. GB* dicantur *GB*

nico autem in omni tempore novem lectiones cum antiphonis et responsoriis suis persolvere deo profitemur. letanias vero bis in mense omni tempore a me faciendas spondeo. quae tamen omnia cum timore et disciplina, ut deus placari possit, me in ecclesia mea instituturum atque diebus vitę meę esse servaturum, ipso auxiliante, promitto. quam cautionem meam ill· et quod est ecclesiae meae scribendam dictavi, in qua et ego subter manu pro-
f. 59 pria subscripsi et testes ut subscriberent ‖ rogavi, exhortatione domni et beatissimi papę ill· stipulantibus vobis domno ill· primicerio seu domno ill· secundicerio sanctae sedis apostolicae in omnibus superius conprehensis, in verbis sollemnibus spopondi. — Actu Roma dię imperatore consule suprascriptis. — SVBSCRIPTIO EPISCOPI. Ill· indignus episcopus sanctae ecclesie ill· huic cautioni spontionisque meae ad omnia suprascripta relegens consentiensque subscripsi et testes qui subscriberent rogavi. — SVBSCRIPTIO TESTIVM. Ill· tribunus huic cautioni sponsionisque facte ab ill· episcopo sanctae ill· ecclesiae rogatus ab eo testes subscripsi. — SVBSCRIPTIO SCRIPTORIS. Ill· talis et quod est sanctae ecclesiae ill· qui supra scriptor post testium subscriptionem supplebi.

---

1 autem] *add.* die *B* 2 litanias *G* 6 esse servaturum] conservaturum *GB* 7 ill· et quod est] per ill· notarium, *uti legitur in collectione canonum Deusdedit cardinalis, GB* 9 scriberent *G* 13 spopondi *om. H* actum Romae *HGBR* dię . . suprascriptis] dię imp̄ cons̄ s∗st *V*, die imp. coss. istis *H*, die ill· imp. ill· consulo ill· *GB* 14 et subscriptio *GB* 15 eccl∗e *sine titulo V* spontionisque meae] sponsionis meae *H*, sponsionique meae *GBR* 16 ad *om. GB* 18 sponsionique *HGBR* 19 episcopo] ep̄s *V* testis *HGB* subscripsi] *add.* et cetera *GBR* 20 talis et quod est *om. GB* 21 qui supra] q̄ s̄ *V*, notarius qui et *GB* post testium subscriptionem] testimonium subscriptione *GB* 22 supplebi *om. H*, supplevi *GBR*.

LXXV.

INDICVLVM EPISCOPI.

In nomine domini, imperante et cetera. — Promitto ‖ ego ill· episcopus sanctae ecclesiae ill· vobis beato Petro f. 59′
apostolorum principi vicarioque tuo beatissimo papae domno ill· successoribusque eius per patrem et filium et spiritum sanctum, trinitatem inseparabilem et hoc sacratissimum corpus tuum, me omnem fidem et puritatem sanctae fidei catholicae exhibere et (in) unitatem eiusdem fidei, deo operante, persistere in qua omnis Christianorum salus esse sine dubio conprobatur, et nullo modo contra unitatem communis et universalis ecclesiae suadenti quippiam consentire, sed ut dixi, fidem et puritatem meam atque concursum tibi utilitatibusquae ecclesię tuę cui a domino deo potestas ligandi solvendique data est, et predicto vicario tuo atque successoribus ‖ eius per omnia ex- f. 60
hibere. promittens pariter quia, si quid contra rempublicam vel piissimum principem nostrum quodlibet agi cognovero, minime consentire, sed in quantum virtus suffragaverit, obviare et vicario tuo domino meo apostolico modis quibus potuero nuntiabo et id agere facerevel, quatenus fidem

---

LXXV: V. f. 59—60′. — C. LXXX. — Holst. XXII. — Garn. III tit. 8ª. — Roz. LXXV.

1 indiculus *H* 2 in dei nomine *R* imp̄ *V*, imperatore *H* 3 sanctae ecclesiae *scripsi cum HBR*, secd̄ *errore ut videtur scriptoris V*, ecclesiae (*omisso* sanctae) *G* 8 in unitatem, *uti legitur in forma sequenti, scripsi cum R*, in unitate *HGB* 9 omnium *H* 10 sine dubio *om. G* nullo *corr. m. pr. ex* nullu *V* 11 cuipiam *GR* 13 atque c. t. utilitatibusquae] quae *G* 14 est *om. G* 16 promitto *G* quia] quod *G*, quid *R* 17 a quolibet *G* 20 nuntiare *G* facerevel] vel facere *HGB*, facere (*omisso* vel) *R*

meam in omnibus sincerissimam exhibeam. quodsi, quod absit, contra huius promissionis meae seriem aliquod facere quodlibet modo seu ingenio vel occasione temptavero, reus inveniar in aeterno iudicio et ultionem Annanię et Saphire incurram, qui etiam tibi beato Petro (de) rebus propriis fraudem facere et falsum dicere presumpserunt. f. 60' hoc autem indiculum ‖ sacramenti ego ill· episcopus manu propria subscripsi atque positum supra sacratissimum corpus tuum, sicut superius legitur, deo teste et iudice, prestiti sacramentum quod et servare promitto.

LXXVI.

INDICVLVM EPISCOPI DE LANGOBARDIA.

In nomine domini dei salvatoris nostri Iesu Christi, imperante e t c e t e r a. — Promitto ego ill· episcopus sanctae ecclesiae ill· vobis beato Petro apostolorum principi vicarioque tuo beatissimo papę domino meo ill· eiusque successoribus per patrem et filium et spiritum sanctum, trinitatem inseparabilem et hoc sacratissimum corpus tuum, me omnem fidem et puritatem sanctae fidei catholicae exhibere et in unitatem eiusdem fidei, deo operante, per- f. 61 sistere in qua omnis Christianorum salus ‖ esse sine dubio

---

2 aliquid *GB* 3 quolibet *HGB* tentavero *HG* 4 et] vel *GB* Annanię] ni *corr. m. pr. ex* m *V* 5 de rebus, *uti legitur in form. sequenti, scripsi cum HGB,* de *om. V* (*et ita R*) 7 hunc *H* 8 posui super *GB* 9 tuum] *add.* ac *GBR.*

LXXVI: V. f. 60'—61'. — C. LXXXI. — Holst. XXIII. — Garn. III. tit. 8ᵇ. — Roz. LXXVI.

11 indiculus *H* 13 imperante] imp̄ *V*, imperatore *H* 19 unitate *HGB* eiusdem *om. GB*

comprobatur, et nullo modo contra unitatem communis et universalis ecclesiae suadenti quippiam consentire, sed ut dixi, fidem et puritatem meam atque concursum tibi utilitatibusque ecclesiae tuae cui a domino deo data est potestas ligandi solvendique, et predicto vicario tuo atque successoribus eius per omnia exhibere. promittens pariter festinare omni annisu, ut semper pax quam deus diligit inter rempublicam et nos, hoc est gentem Langobardorum, conservetur, et nullo modo contra agere facerevel quippiam adversum promitto, quatenus fidem meam in omnibus sincerissimam exhibeam. quodsi, quod absit, contra huius promissionis meae seriem aliquid facere quolibet modo aut ingenio vel occasione temptavero vel contra catholicam legem, reus inveniar aeterno ‖ iudicio et ultionem Ananie f. 61′
et Sapphire incurram, qui etiam beato Petro de rebus propriis fraudem facere et falsa dicere presumpserunt. hoc autem indiculum sacramenti mei ego qui supra ill· episcopus manu propria scripsi atque positum supra sacratissimum corpus tuum, beate Petre, prebui iusiurandum, ut superius legitur, deo teste et iudice, conservare promitto.

---

1 *et* 9 nullo *corr. m. pr. ex* nullu *V* 2 cuipiam *GR* 3 ac utilitatibus *GB* 6–10 promittens — promitto] promitto *G* 9 facerevel] vel facere *HGB*, facere (*omisso* vel) *R* 13 tentavero *HGBR* vel *om. GB* 14 in aeterno *GB* 15 etiam] tibi *add. GB* 17 hunc *HGB* mei *om. G* qui s̄ ill· *V*, ill· *G*, qui sum ille *R* 18 positum] posui *GB* sanctissimum *H* 19 prebui iusiurandum ut] ac praebui iusiurandum quod ut *GB* 20 iudice conservare] *post* iudice *repetivit* ut superius legitur *V*, iudice quod et conservare *HR*.

LXXVII.

PRIVILEGIVM MONASTERII IN ALIA PROVINCIA CONSTITVTI.

Si semper sunt concedenda quae piis desideriis congruunt, quanto potissimum ea quae pro divini cultus prerogativa noscuntur, non sunt omnimodo adneganda, quae sunt a largitoribus non solum poscenda, sed vi caritatis
f. 62 procul dubio exigenda. ‖ petis nos igitur ut monasterium sancti ill· in loco ill· constitutum quo preesse dinosceris, privilegia sedis apostolicae largiamur, quatenus sub iurisdicione sanctae nostrae cui deo auctore deservimus ecclesiae constitutum nullius ecclesiae iurisdicionibus submittatur, pro qua re piis votis faventes hac nostra auctoritate id quod a tua religione exposcimur effectui mancipamus. et ideo omnem cuiuslibet ecclesiae sacerdotem in prefato monasterio dicionem quamlibet auctoritatemve extendere atque sua auctoritate, nisi a preposito monasterii fuerit invitatus, missarum sollemnitate celebrare omnimodo inhibemus. cure ergo tuae sit monasterii fratres
f. 62′ quo preęs egregiis moribus ‖ ac vita inreprehensibili ex-

---

LXXVII: V. f. 61′—63′. — C. XCIII. — Holst. XCII. — Garn. VII. tit. 12. — Roz. LXXVII.

1 aliena *B* 2 constituti *om.* *G* 4 potius *GB* 5 noscuntur] poscuntur *HGB* abneganda *HGB* quae] ut quae *GBR* 6 sed] *add.* etiam *GB* 7 monasterium sancti] monasterio sancti *H*, monasterio ill· sancti *G*, monasterio illi vel sancti *B*, monasterio illi sancti *R* 8 constituto cui *H*, constituto in quo *GB* 9 (*et infra*) iurisdictione *HGBR* 11 nullius] *add.* alterius *B* 13 quod a tua *m. pr.* *V* exposcitur *GB* 14 et *om.* *H* 15 praefatum monasterium *GB* dicionem] iurisdictionem *GB* 17 solemnitatem *HGBR* 19 in quo *GB* in reprehensibili *m. pr.* *V*

ornare, ut profecto iuxta id quod subiectos apostolicis privilegiis maluit inconcusse dotandos, desideret potius et anhelet inviolabilis celestis affluentiae munere diurnis sanctę discipline precibus decorandos. sit profecto communis et sincera vita, sit sobria communionis sinceritas, ut quibus mundus est mortuus ac sepultus, per incentiva contentionis vitia minime suscitetur, quia incassum quis et frustra laborare cognoscitur, si superbiae vitiorum victrici colla submittere sentiatur. sit excelsa in deo humilitas, quia per hanc electi arcem cęlestium munerum possederunt. sit igitur ante oculos mentis et corporis || traditionum regula paternarum, ut unusquisque prelatus f. 63 noverit qualiter debeat imperare subiectis, ne dum aspera et non unicuique fratri aptissima videntur imponi, usque ad contemptum prorumpant de imperantis indiscretione subiecti. sit itaque moderata vivacitas, sit sollicitudinis supereminens in fratribus strenuitas, ut dum regulariter omnes qui se deo integerrime conferunt, per oboedientiae lineam bene servientes exhibeant temporalia, ut ad gaudia celestis patrie perveniant sempiterna. et haec quidem quae ad sollicitudinem pertinent dixisse sufficiant. ante omnia vero redemptoris nostri [mi]sericordiam cui ingemescimus redemptionem nostram expectantes, || enixius cum singultis f. 63′ et gemitibus expectamus, ut ea quae pietas flagitat, fra-

1 ut .... subiectos] ut caritas tua quos subiectis *G* 2 potius et anhelet inviolabilis] aut potius a. inviolabili *GB* 5 sobria ** communionis *V* 7 suscitentur *H* 9 victrici] auctrici *GB* 11 possidebunt *GB* an^{te} oculos *m. pr. V* 18 per oboedientiae lineam] pro o. linea *GB* 19 ut] et *G* 21 sufficiat *GB* 22 ingemiscimus *HGBR* 23 singultibus *HGBR* 24 expectemus *G*, expetamus *B*.

gilitas humane condicionis sufficienter atque confidenter de sui auctoris suffragatione adimpleat.

LXXVIII.

DECRETALE QVEM LEGIT DIACONVS QVANDO EPISCOPVS DISCVTITVR.

Destitutis ecclesiis proprii rectoris officio sic almitas vestra subvenire consuevit, in qua et sacerdoti principatus existit. ideoque provoluti quesumus apostolatum vestrum, domine beatissime papa, ut nobis pastorem querentibus ill· talem episcopum consecrare dignemini, cuius merita in eodem postulando omnium nostrum prestatur adsensus. — OPTAMVS TE PER MVLTOS ANNOS BENE VALERE, DOMINE ‖ f. 64 BEATISSIME PAPA.

LXXIX.

ITEM ALIVD QVOD LEGIT DIACONVS.

Electio in qua nemo dissentit desideratorem pergratulatur affectu. iam diu igitur episcopali officio destituti in ill· tali omnium nostrorum vota contulimus, ut annuentibus vobis in eius locum qui defunctus est subrogetur.

LXXVIII: V. f. 63′—64. — Holst. XVII. — Mabillon Mus. I[b], 32. — Roz. LXXVIII.

3 quem] quod *R* 5 destitutis *corr. m. pr. ex* destitutus *V* 6 sacerdotii *HMBR* 9 merito *H* 10 pos**tulando *corr. m. pr. ex* pus... *V* nostrorum *R* prestatur] protestatur *B*.

LXXIX: V. f. 64. — Holst. XVIII. — Mabillon Mus. I[b], 33. — Roz. LXXIX.

14 desiderato rem *H* 17 eius locum] locum eius *HBR*

proinde prȩcamur apostolatum vestrum, domine beatissime papa, ut ill· pro vestra benignitate annuere dignemini quod religionis studio cognoscitur postulari.

LXXX.

ITEM ALIVD EIVSDEM.

Desideria venerandorum canonum traditione non discrepant beatitudinis sibi poscentibus iudicio subveniri. igitur cum ecclesia nostra diu proprio sit destituta rectore, ad pontificii vestri iura || confugimus, de cuius sede omnis f. 64′
honor proficiscitur sacerdotum. et ideo precamur apostolatum vestrum, domine sanctae et venerabilis papa, ut ill· tal· presbiterum nostrum quem consensus universitatis elegit, episcopum consecrare dignemini. — OPTAMVS TE PER MVLTOS ANNOS BENE VALERE, DOMINE BEATISSIME PAPA. — Et subscripserunt.

LXXXI.

PRECEPTVM ALIVD DE CONCEDENDO PVERO.

Credimus ad augmentum et laudem sanctae nostrae ecclesiae pertinere, si ex donis beati Petri apostolorum

---

1 prȩcamur *corr. m. alt. ex* precamur *V.*

LXXX: V. f. 64—64′. — Holst. XIX. — Mabillon Mus. I[b], 33. — Roz. LXXX.

5 desideria venerandorum] desideria quae a venerandorum *H* 6 poscentibus] poscunt vestrae *H* 12 dignetur *MR* 14 et subscripserunt] et subscripserunt illi *H*, subscriptiones *B*, et subscripserunt etc. *R*.

LXXXI: V. f. 64′—65′. — C. XLVIII. — Holst. LXXXVII. — Garn. VI. tit. 18. — Roz. LXXXI.

15 item praeceptum de concedendo puero (*om.* puero *G*[1]) *G* 16 nostrae *om. G*

principis, cui licet impares meritis vices tamen dei di-
gnatione gerimus, de cuius utilitatibus fidelia exhibentibus
f. 65 servitia ali- ‖ quid largiamur; non enim respicit ad dis-
pendium quod eis inrogatur, dum largitate apostolica
munificati invitantur maiori studio atque alacri mente
in commissis invigilare ministeriis et sollerti cura erga
creditas utilitates impendere devota mente certamina.
igitur tuis fidelibus atque sinceris provocati servitiis ad
aliquantulam tuae puritati remunerationem ex largitate
beati Petri apostolorum principis a prēsenti ill· indictione
donamus tibi atque largimur puerum nomine ill· natione
ill· ex familia sanctae Romane cui deo auctore deservimus
ecclesiae, in tua transferentes iura, ita ut in eo ius atque
f. 65′ dominium et potestatem habeas ‖ omnem quam domini in
proprios habere videntur famulos. nec licentia sit cuilibet
a tua eos aliquatenus iura auferre, quod tuorum ad ali-
quantulam reconpensationem servitiorum bona voluntate
dinoscimur contulisse. quam donationis paginam manibus
nostris roboratam tuae dilectioni tradidimus pro futura
cautela.

---

1 cui] cuius *HGB* 2 de cuius] de eius *HR*, eius *GB* 4 inrogatur] in (*et in sequenti linea*) *** rogatur *V*, interrogatur *ante rasuram* largitatis apostolicae munificentia *GB* 5 alacri mente] alacritate *GB* 7 creditas *corr. m. pr. ex* credu** *V* 8 itaque tuis *H* 9 aliquantulam *scripsi cum HGB*, aliquantulum *V* (*et ita R*) puritatis *GBR* ex *add. m. pr. V* 10 a] in *G* 14—15 dominium — famulos] dominium ut in propriis famulis habere debeas *GB* 16 a tua eos aliquatenus iura] a tuo hoc aliquatenus iure *H*, a tuo aliquando iure *GB*, a tuo eos aliquatenus iure *R* quod] quidquid *GB*.

LXXXII.

DECRETVM PONTIFICIS.

Inter cetera quae summe divinitatis consilio disponuntur, pontificalis promotionis sublimitas, ipso a quo procedit omne quod bonum est predestinante ac largiente, conceditur. et nimirum novit humanis rebus providentia divina succurrere et merentium fletus ac ge- || mitus in f. 66 exultationem convertere, ut qui nuper consternabantur afflicti, postmodum appareant nimium consolati. canentis enim regis sunt dicta quae sanctus spiritus de templo prophetalis cordis insonuit: *ad vesperum demorabitur fletus et ad matutinum letitia.* qui et iterum gratias referendo deo beneficiorum eius magnificentiam canit et dicit: *convertisti planctum meum in gaudium mihi, conscidisti saccum meum et precinxisti me letitia, ut cantem tibi gloria mea et non conpungar, ipsi* enim *cura de nobis est,* ut vas electionis et vere fidei monet integritas, qui quequae sunt tristitiae ad gaudium miserando perducit, || quod et nobis exiguis f. 66′ et peccatoribus opem de eius misericordia prestolantibus dignatio celestis exhibuit. etenim pontificalis memoriae domno ill· papa de presentibus curis ad aeternam requiem evocato, ut adsolet humanis rebus accidere, magna nos

---

LXXXII: V. f. 65′—68′. — C. LXXIV. — Holst. IX. — Garn. II. tit. 2. — Roz. LXXXII.

1 incipit decretum de electione pontificis *G*[1], decr. de elect. pontificis *G*[2] *B*, decr. electionis pontificis *H*   5 et *om.* *GB*   8 canentis *corr. m. pr. ex* canintis *V*   10 vesperam *HBR*   11 referens *GB*   13 concidisti *GBR*   14 laetitiam *H*   cantet *G*   16 quique quae *V* (*et ita HBR*), quippe quae *G*   tristitiae] in *add.* *H*   18 p[r]estolantibus *m. pr. V*, postulantibus *H*   21 accidere *corr. m. pr. ex* accedere *V*

LXXXII. tristitiarum moles obstrinxerat proprio dispensatore destitutos. sed non diu in afflictione persistere consueta dei nostri benignitas sperantes in se dereliquit. diu enim nobis in oratione manentibus, ut omnium mentibus celestis dignatio demonstraret quem dignum ad successionem apostolicę vicis iubeat eligendum, eius gratia suffragante et omnium animis inspirante, in uno convenientibus nobis ut moris est, id est cuncti sacerdotes ac proceres ecclesiae f. 67 et uni- ‖ versus clerus atque optimates et universa militaris presentia seu cives honesti et cuncta generalitas populi istius a deo servate Romane urbis, si dici licitum est a parvo usque ad magnum, in personam ill· sanctissimi huius sanctę apostolicae sedis Romane ecclesiae diaconi deo cooperante et beatorum apostolorum annisu concurrit atque consensit electio. cuius deo amabilis vir(i) tantum meruit apud omnium conscientias bone et pudicae conversationis profectio, ut nullus in eius electione dissideret, nullus abesset nullusve se ipsum subtraheret. quem enim ad hoc apostolicę vicis officium incomparabilis atque indeficiens dei nostri providentia prędestinatum habuerat, quomodo non et humanis mentibus unanimis f. 67′ consonantia ‖ conveniret? quod procul dubio in dei pręsentia tenebatur adfixum. cuius et decretum sollemniter facientes et desideria cordium circa eius electionem manus

---

3 diu] divina *G* 4 omnium mentibus *om. G* 7 unum *HGR* 8—10 cuncti — generalitas] cunctis sacerdotibus ac proceribus e. et universo clero atque optimatibus et u. militari praesentia seu civibus honestis et c. generalitate *G* 8 *ecclāe *V* 11 licitum *om. G* 13 diaconi] presbyteri *G, sicut teste Baluzio hic et infra legebatur in C* 15 viri *scripsi cum HGBR*, vir *V* 17 perfectio *H* 19 enim] nempe *G* 20 dei n̄ri providentia *m. pr. V* 22 quod] in id quod *GB* 24 manuum *GB*

subscriptionibus confirmantes, profitemur ipsum deo amabilem nostrum electum castum pudicum sobrium ac benignum et in omnibus piis operibus esse perfectum atque orthodoxę fidei et sanctorum patrum traditionum defensorem et fortissimum observatorem. hunc omnes ut profecto mitissimum virum pro eius suavissima ac bone voluntatis constantia unianimiter nobis elegimus pastorem atque pontificem, unde ob eius pię conversationis integritatem inmensas redemptori nostro || gratiarum laudes of- f. 68 ferimus, consona cum propheta canentes voce: *magnus es, domine deus noster, et magna virtus tua; quis enim loquitur potentias tuas, domine, auditas faciet omnes laudes clementiae tuae.* quoniam vota petentium te exaudiens pium nobis contulisti pastorem, qui sanctam tuam universalem ecclesiam et cunctas sibi dominicas ac rationales commissas oves regere atque gubernare, te domino deo et salvatore nostro protegente, valeat. hoc vero decretum a nobis factum subter, ut prelatum est, manibus propriis roborantes in arcivo domine nostrae sanctae Romane ecclesiae, scilicet in sacro Lateranensi scrinio, pro futurorum temporum cautela recondi fecimus in mense || ill· indictione f. 68′

---

4 traditionis *GB* 6 mi*tissimum *V* 7 unanimiter *HGBR* 9 gratiarum laudes offerimus] laudes referimus *GB* 10 cōsona *corr. m. pr. ex* cūsona *V* 11 loquetur *HGBR* 12 auditas] et auditas *G* 13 pe**tentium, *ante rasuram* penitentium *V* 15 rationales] rationales sibi *G*, rationabiles *B* 18 prelatum] praefatum *GB* 19 archivio *H*, archivo *GBR* domine] dominico *G*, dominicae *BR* 21 in mense ill· indictione ill.] in mense novembrio indictione quinta *G*, in mense decembri indictione quarta *C*, *ut affirmat B* indictione ill·] *in V m. recentior litteris uncialibus adscripsit* sc̄d Mat̄h; *eadem manus post* die ill· (*pag.* 90_8) *add.* sc̄d Iōh, *post* in terra (*pag.* 103_5) sc̄d Lūc *atque post* conservandam (*pag.* 103_{10}) sc̄d Marc̄

ill·. — Ill· humilis presbiter sanctae Romane ecclesiae huic decreto a nobis facto in ill· sanctissimo diacono et electo nostro consensi et subscripsi. — SIMILITER totus clerus cum optimatibus et militibus seu civitonicis subscripserunt.

LXXXIII.
INDICVLVM PONTIFICIS.

In nomine domini dei salvatoris nostri Iesu Christi et cetera, indictione ill· mense ill· die ill·. — Ill· misericordia dei diaconus et electus futurusque per dei gratiam huius apostolicae sedis antistis tibi profiteor, beate Petre apostolorum princeps, cui claves regni caelorum ad ligandum atque solvendum in caelo et in terra creator atque redemptor omnium dominus Iesus Christus tradidit, f. 69 inquiens: *quaecumque* [*ligaveris*] *super terram, erunt* || *ligata et in caelo, et quaecumque solveris super terram, erunt soluta et in caelis*, sanctaeque tuae ecclesiae quam hodie tuo presidio regendam suscepi, quod vere fidei rectitudine,

---

1 ill·· humilis] subscriptio i. h. *H* 2 in ill· sanctissimo diacono et electo nostro] in ill· sanctissimum presbyterum *G*, in i. s. diaconum et electum nostrum *B*, *quamquam ipse testatur hoc quoque loco in C exstitisse* presbyterum 4 cum o. e. m. s. civitonicis] optimates et milites seu cives *G* subscribunt *G*, subscribserunt *R*.

LXXXIII: V. f. 68′—71′. — C. LXXV. — Holst. X. — Garn. II. tit. 9ª. — Roz. LXXXIII.

6 indiculus pontificis electi *H* 8 et cetera *om. R* die ill· *om. G*. ill·] ego ill· *GB* 9 diaconus] presbyter *G* 10 huius] humilis *G* antistes *HGBR* 12 solvendum] solv *corr. m. pr. ex* soll *V* 13 dominus] noster *add. H* 16 caelis] terris *R* 17 quod v. f. rectitudine] quod v. f. rectitudinem *H*, hanc v. f. rectitudinem quam *G*, quod v. f. rectitudinem quam *BR*

Christo auctore tradente, per successores tuos atque discipulos usque ad exiguitatem meam perlatam in tua sancta ecclesia repperi, totis conatibus meis usque ad animam et sanguinem custodire temporumque difficultate cum tuo adiutorio tollerante sufferre; tam de sanctae et individue trinitatis misterio quae unus est deus, quamque de dispensatione quae secundum carnem facta est, unigeniti filii dei domini nostri Iesu Christi et de ceteris ecclesiae dei dogmatibus, sicut universalibus conciliis et constitutis apostolicorum pontificum probatissimorumque doctorum ecclesiae scriptis sunt || commendata, id est queque ad f. 69' rectitudinem vestrae nostraeque orthodoxe fidei a te traditae respiciunt, conservare; sancta quoque universalia concilia: Nicenum, Constantinopolitanum, Efesenum primum, Calcedonensem et secundum Constantinopolitanum quod Iustiniani pię memoriae principis temporibus cęlebratum est, usque ad unum apicem inmutilata servare, et unam cum eis pari honore et veneratione sanctum sextum concilium quod nuper sub Constantino pię memoriae principe et Agathone apostolico prędecessore meo convenit, medullitus et plenius conservare, quęque vero

---

4 difficultatem *H*, difficultates *GR*, difficultate — sufferre *om.* *B* 5 tam de *scripsi cum* *HGB*, tandem *V* (*et ita R*) 6 quamque] quam *GBR* 9 dei *om.* *G* sicut] in *add.* *G* 10 probatissimorumque] probatissimorum atque *GBR* 11 scriptis sunt *scripsi cum* *HGBR*, scripti sunt *quod ex* scriptissunt *natum esse videtur* *V* id est queque] item quaecumque *G* 12 a te traditae *scripsi cum* *GB*, a te traditionem *V* (*et ita H*), traditionem (*om.* a te) *R* 14 Nicenum] ice *in rasura* *V* Ephesinum *HGBR* 15 Chalcedonense *HGB*, Chalcedonensem *R* 17 una *HGBR* 19 sub *om.* *HGBR* 20 et *om.* *G* prędecessore *corr. m. alt. ex* precessore *V*

prędicaverunt, prędicare, queque condemnaverunt, ore et ‖
f. 70 corde condemnare; diligentius autem et vivacius omnia
decreta predecessorum apostolicorum nostrorum pontificum,
queque vel synotaliter vel specialiter statuerunt et pro-
bata sunt, confirmare et indiminute sęrvare, et sicut ab
eis statuta sunt, in sua vigoris stabilitate custodire, quae-
que vel quosque condemnaverunt vel abdicaverunt, simili
auctoritatis sententia condemnare; disciplinam et ritum
ecclesiae, sicut inveni et a sanctis predecessoribus meis
traditum repperi, inlibatum custodire, et indiminutas res
ecclesiae conservare et ut indiminute custodiantur operam
dare; nihil de traditione quae a probatissimis prędeces-
f. 70′ soribus meis ‖ servatum repperi, diminuere vel mutare aut
aliquam novitatem admittere, sed ferventer, ut vere eorum
discipulus et sequipeda, totis (mentis) meę conatibus quae
tradita comperio, conservare ac venerare; si qua vero
emerserint contra disciplinam canonicam, emendare sa-
crosque canones et constituta pontificum nostrorum ut di-
vina et celestia mandata custodire, utpote tibi redditurum
me sciens de omnibus quae profiteor districtam in divino
iudicio rationem, cuius locum divina dignatione perago et
vicem intercessionibus tuis adiutus impleo. si preter haec
aliquod agere presumpsero vel ut presumatur permisero,

---

1 prędicaverunt] iudicaverunt *H* 4 queque v. s. v. sp. statuerunt] quaeque synodaliter statuerunt *G* 6 sua] sui *HGB* 7 quosque] *add.* simili autoritatis sententia *G* 9 predecessoribus] p *in rasura V*, praecessoribus *GBR* meis] *add.* canonice *H* 12 quae] quam *H*, quod *GBR* 13 servatam *H* 14 ferventur *H* 15 totis mentis meę conatibus] mentis *supplevi cum HBR*, totis viribus meis conatibusque *G* quae *et* comperio *om. G* 16 *post* tradita *add.* canonice *H* venerari *HGBR* 18 nr̄orum *corr. m. alt. ex* nr̄um *V* 21 dignatione] dignitate *R* 23 aliquid *HGB* pre^{m}matur *m. pr. V*

eris autem mihi in illa terribili die divini iudicii de- || propitius. haec conanti et diligenter servare curanti ad- f. 71 iutorium quoque ut prebeas obsecro in hac vita corruptibili constituto, ut inreprehensibilis appaream ante conspectum iudicis omnium domini nostri Iesu Christi, dum terribiliter de commissis advenerit iudicare, ut faciat me dextre partis compotem et inter fideles discipulos ac successores esse consortem. quam professionem meam, ut supra continet, per ill· notarium et scriniarium me mandante conscriptam propria manu subscripsi et tibi, beate Petre apostole et apostolorum omnium princeps, pura mente et conscientia devota corporali iureiurando sinceriter optuli. — EGO QVI SVPRA ILL· INDIGNVS || DIACONVS et dei f. 71′ gratia electus huius apostolicę sedis Romane ecclesiae hanc professionem meam, sicut supra continet, faciens et iusiurandum corporaliter offerens tibi, beate Petre apostolorum princeps, pura mente et conscientia optuli.

LXXXIV.

Ill· episcopus sanctae catholicę et apostolicę ecclesiae urbis Rome reverentissimis fratribus et dilectissimis filiis

1 autem *om.* *GB* divini *corr. m. alt. ex* divina *V* depropitius] propitius *HB* 2 conanti ... curanti] ti *in rasura, corr. m. recentiore V* 3—4 in hac v. c. constituto] *transposuit post* curanti *G* 6 de commissis *om.* *HBR* 7 successores] *add.* tuos *HGB* 9 continetur *HGB* 12 devota] *add.* super sanctum corpus et altare tuum *H* 13 ego] subscriptio ego *GB* diaconus et] presbyter *G* 14 ecclesiae] *add.* episcopus *G* 15 continetur *HB* et *om.* *G* 16 offerens *om.* *G*.

LXXXIV: V. f. 71′—80′. — C. LXXVI. — Holst. XI. — Garn. II. tit. 9ᵇ. — Roz. LXXXIV.

18 *sine rubrica V* (*et ita R*), professio fidei electi pontificis *H*, item alia professio fidei *G*¹*B*, secunda professio fidei *G*²

LXXXIV. seu universe plebi dei. — Ad hoc apostolicae sedis officium, dilectissimi filii, ut quod, superna [gr]atia ita providente ac suffragante, pervenimus, cum tanto cordis stupore et humilitate nos suscipere debere perpendimus, quantum ad eius accessum nostram pusillitatem incom- f. 72 parabiliter imparem esse cognoscimus, ‖ quia neque pro meritis prȩcedentibus hoc nobis conlatum advertimus neque propter sollertiam gubernandi commissum fuisse promittimus, sed clementissimi dei nostri misericorditer inclinata sublimitas hoc fieri vestris observationibus annuit et eligentium nos atque concurrentium (in)stantiam tamquam iugum pię nobis dispensationis inpressit. idcirco karissimi, pusillanimitatem quam in nobis aspicitis, crebris orationibus adiuvate, pro nobis apud dei clementiam cum fletibus intercedite, ut inpotentia quae in nobis est, dei nostri omnipotentia roboret, et qui omnes filii sui pretioso sanguine dignatus est redimere, etiam nostrȩ fragilitatis ‖ f. 72′ officium placatus dignetur aspicere. verum etsi virtutum indoles nequaquam in nobis est, evangelice tamen atque apostolicae fidei salutaris integritas inlibata atque perfecta, Christo annuente, et nunc in nobis est et eadem finetenus permanet. quamquam ergo merita pontificum predecessorum nec imitari possumus nec condigne pensare, horum tamen spiritales regulas et medullitus conservamus et salutiferis sanctorum patrum doctrinis inni-

---

1 dei *om. G* ad *om. G*[1], ad hoc *om. G*[2] 2 filii *om. G* ut] ad *HGB* 4 et] ac *HGBR* 8 permittimus *GR* 10 obsecrationibus *HGB* 11 instantiam *scripsi*, stantiam *initio lineae V* (*et ita R*), constantia *H*, sententiam *G* 15 impotentiam *HGBR* 18 aspicere] afficere *H* 21 Christo *m. pr. V*, *sed* o *erasum et mutatum in* i 22 permanebit *GB* 24 tamen *om. H* et *om. G*

timur, hisquac tamquam inexpugnabili muro precincti confidimus cuncta inimicorum fidei tela destruere et veritatem obpugnantem mentes eorum et presidio et auctoritate prosternere. quorum traditionibus iuxta capacitatem instructi devota mente omni ecclesiae pro- ‖ fitemur et f. 73 coram deo conscientiarum teste satisfacimus queque ad stabilitatem Christiane religionis et rectitudinem catholicae fidei congruunt, quod et fidelium de nobis expectat optatus et audire designat intuitus. cognoscat itaque vestra dilectio et integra nos satisfactione predicare tenere ac defendere pr̨edicaturosque esse confidat fidem Christi quam apostoli tradiderunt, apostolorum discipuli docuerunt eorumque successores apostolici nostri ac probatissimi pr̨edecessores inmutabiliter servaverunt ac defenderunt. etenim huius apostolicae traditionis normam inviolabiliter custodiens venerandum sanctorum trecentorum decem et octo patrum concilium quod in Nicea sub magno principe Constantino convenit, dei gratia revelante ‖ redegit in f. 73′ symbolum et consubstantialem patri filium pr̨edicavit et verbum dei deum verum esse confirmans dominum nostrum Iesum Christum, Arrium deitatem blasphemantem cum suis consortibus expulit et ut diaboli ministros aeterno anathemate condemnavit. dehinc secundum Constantinopolitanum adeque sanctum centum quoque quinquaginta patrum concilium sub imperialis memoriae maiorem Theodosium in regiam urbem concurrens quod symbolo

---

2 — 3 veritate oppugnante *HR*, veritatem oppugnantes *GB* 4 quorum] horum *GBR* 6 quaecumque *G* 9 intuitus] *add.* nos facturos *G* 16 custodiens] custodiemus quam *G* 25—26 maiore Theodosio *HGB* 26 symbolo *m. pr.*, symbulo *m. alt.* *V*

LXXXIV. deesse putabatur exposuit et gratia spiritus sancti inlustrante deum esse spiritum sanctum patrisque et filio utpote consubstantialem coadorandum annexit, unde Macedonium rebellem spiritus sancti et Apollenarem cum suis f. 74 sacrilegis complicibus ‖ perpetui anathematis censura prostravit. per haec duo sacrosancta concilia sanctam et inseparabilem trinitatem unum deum unamque trinitatis substantiam esse cognoscimus trinitatemque in unitate et unitatem in trinitate palam predicare didicimus et unum deum propter unitatem essentiae fatemur et trinitatem inseparabilem propter subsistentiarum atque personarum differentiam doceamus, dum de patre filius aeternaliter nascitur, spiritus sanctus de patre procedere confirmatur, idem dei filius de suo accipere perhibet et in nomine suo mitti a patre sanctum spiritum manifestat et f. 74′ insufflando discipulis: *accipite* ‖ *spiritum sanctum* utpote de se procedentem adnuntiat et in caelis ascendens, ut promiserat, paracletum ad discipulos mitti. ex hoc ergo vivaciter et docemur et unicam deitatis essentiam et propter inconfusas substantiarum proprietates trinitatem predicare perfectam. patris igitur et filii et spiritus sancti sicut una vere est deitas, ita una et gloria imperium maiestas virtus atque potentia, una quoque eorum naturalis voluntas est et una est operatio. quibus duobus

---

2 patrique *HGBR* 3 annexuit *H* 4 Apollinarem *HGB* 6 sacrosancta] sacra *GBR* 8 esse *in rasura V* 9 palam *corr. m. alt. ex* plagam *V* et] ut *GB* 10 fateamur *GB* 11 substantiarum *G* 12 docemus *HR* 14 idem] eundem *G* 15 spiritum sanctum *GBR* 17 adnuntiat] at *in rasura m. alt. V* caelos *G* 18 paraclitum *HG* mittit *HGBR* 19 et docemur] edocemur *HGBR* divinitatis *G* 20 subsistentiarum *HGR* 22 divinitas *G* et] est *GBR* 24 est *om. G*

universalibus venerandisque conciliis tertium generale ducentorum sanctorum patrum accessit concilium quod sub principalis quidem memoriae Theodosio augusto factum est, ex auctoritate tamen || Cęlestini apostolicae sedis antistis f. 75 cum beato Cyrillo Alexandrinę ecclesiae pręsule prius in Efesenam urbem convenit, in quo unitio in Christo convenientium naturarum, id est deitatis atque humanitatis in Christo conexio secundum subsistentiam, salubriter prędicata est, et profanus hominicula Nestorius dominice dispensationis infestus, utpote qui et adorande incarnationis archanum deum ab homine separando disiunxerat et sanctam virginem Mariam dei genetricem blasphemis vocibus obiurgabat, per duodecim veneranda capitula multiplici anathemate in perpetuam condemnationem cum sociis suis deiectus est, confiteri veraciter nolens quod *verbum caro factum est et habitavit in nobis*, || id est deus f. 75' verbum idemque filius dei pro nobis factus est homo, eo quod erat manens, factus est quod non erat, et quia simul caro, simul verbi caro, simul caro animata rationalis in verbo quippe hoc ipsum ut subsisteret habuit. pro huiusmodi e(r)go de incarnatione dei verbi regulis explanandis etiam quartum sanctum sexcentorum triginta patrum sanctorum concilium sub auguste memoriae Martiano imperatori in Calchedona concurrit, cui apostolicus papa Leo per legatos et vicarios prefuit, cuius dei gratia reserante

---

4 antistitis *HGBR* 6 Ephesinam *HGBR* 9 hominicola *HGB* 10 dispensationi *GB* et *om. GB* 12 genitricem *GBR* 17 eo] et *H*, id *G* 19 simul caro animata rationalis] animata anima rationali *G* 20 ut subsisteret] subsistere *GB* 21 ergo *scripsi cum HGBR*, ego *V* 23 imperatore *HGB* 24 Chalcedona *HR*

LXXXIV. venerabili tomo firmati sententialiter promulgaverunt ex duabus et in duabus naturis sive substantiis, id est dei- f. 76 tate atque humanitate, unum eundemque ‖ esse filium dei dominum Iesum Christum, et quod nullo perempta sit differentia naturarum, magis autem salva proprietate utriusque nature et in unam personam atque subsistentiam concurrentem; etenim ex quibus eum veraciter subsistere credimus, in eisdem inconfuse inseparabiliter et indivise et esse et contemplari nihilominus prędicamus. quibus adquiescere nolens blasphemus Dioscurus simul et delyrus Eutyces anathematis iusti censura cum fautoribus suis perculsi sunt; cum his et epistola quae Ibae dicitur ad Marim Persam, et scripta Theodoriti adversus beatissimum Cyrillum cum condemnatione proiecta sunt. haec igitur sancta atque universalia consilia quattuor etiam sanctum f. 76′ quintum ‖ concilium venerandum adsecutum est, ut sub pie memoriae Iustiniano principe apud Constantinianam urbem est congregatum, cuius salutari consultu unus esse de sancta trinitate dominus noster Iesus Christus veraciter predicatus est, et confundentes ac dividentes sacre eius incarnationis archanum istius vocis spiritalis mucrone prostrati sunt. in hoc Origenis cum impiis discipulis et sequacibus Didymo et Euagrio qui et creatorem omnium

---

1 firmati] patres *add. GB* sententialiter] sen *in margine add. m. pr. V* 2 sive *scripsi cum HGBR*, sine *V* 3 esse *om. GBR* 4 nullo] in nullo *HGB* sit *super lineam add. m. pr. V* 6 utraque natura *G* et *om. GBR* 7 concurrente *HBR*, concurrerit *G* 10 nolentes *G* 11 Eutyches *HGBR* 12 percussi *G* 12—14 cum his — proiecta sunt *transposuit post* proiecti sunt (*pag.* 99_6) *G* 15 concilia quatuor *HR*, quatuor concilia *G* 16 ut] quod *HB*, et *G* 17 Constantinopolitanam *GB* 19 sancta *om. H* 21 spirituali *GBR* 22 Origenes *HGBR* 23 qui et] et qui *GB*

deum et omnem rationalem eius creaturam gentilibus fabulis prosecuti sunt, aeterne sunt condempnationi summissi. in eo Theodorus Mopsuestenus auctor Nestorii pa(ri)terque Diodorus et omnes execrande divisionis discipuli, qui et Seminestoriani vocati sunt, sub anathematis aeterne censure ab ecclesia dei pro- ‖ iecti sunt. f. 77 in hoc Severus acefalus cum Petro et Zoora ceterisque eorum impię confusionis consortibus atque sequacibus perpetua condemnatione prostrati, et omnes qui non ex duabus et in duabus naturis sive substantiis cum eorum proprietatibus unum eundemque dominum nostrum Iesum Christum filium dei voluerunt cognoscere. qui cum sit consubstantialis patri atque coaeternus, propter nos nostramque salutem descendit de celis et incarnatus est de spiritu sancto, id est operatione sancti spiritus virgo dei filium concepit, carne animam habente rationalem atque intellectualem, in qua carne et crucifixus est et mortuus et sepultus et tertia die sicut voluit resurrexit a mortuis, mortis nostrae dissolvens imperium, in qua carne quam ex nobis adsumpsit, absque solus peccato ‖ sedet ad dexteram f. 77v patris in ea iudicare vivos et mortuos, cuius regni non erit finis. inter haec veneranda universalia quinque concilia etiam sanctum sextum concilium universale centum septuaginta quinque venerabilium presulum predicamus,

---

2 sint *H* 4 pariterque *scripsi cum HGBR*, paterque *V* 5 semine storiani *V*, Semini-Nestoriani *G* 5–6 anathemate aeternae censurae *HR*, anathematis aeterna censura *GB* 7 Zoara *GBR* 9 prostrati] sunt *add. G* 9—12 qui non — voluerunt cognoscere] qui — cognoscere renuunt *G*, qui — noluerunt cognoscere *BR* 10 earum *HGBR* 12 qui cum] deus *add. GBR* 14 caelo *GB* 18 et sepultus] est *G* 20 solo *HGB* 21 in ea] in eaque venturus est *H*, in ea venturus *GBR* cuius r. n. e. finis *om. H*

LXXXIV. quod favente deo et votum pię memorię magni principis nostri domni Constantini clementer implente, in urbe regia eo presidente celebratum est, cui apostolicę recordationis Agatho papa per legatos suos et responsales prefuit, cuius venerabilem tomum celebriter assequentes eos qui novo et heretico dogmate inmaculatam dei ecclesiam polluere nitebantur, et errasse manifestius probaverunt et suis f. 78 erroris auctoribus atque fautoribus perpetuo ‖ anathemate damnaverunt, recte atque veraciter statuentes, sicút duas unius domini nostri Iesu Christi naturas, id est deitatem et humanitatem, cuius duas nativitates esse cognoscimus, de patre videlicet ex aeterno, de matre de qua et initium humanitatis eius accessit ex tempore, duas quoque substantias unius eiusdemque persone confitemur iuxta subsistentias unitas, ex quibus et in quibus idem dominus noster Iesus Christus filius dei et adnuntiatur et creditur, quia totus deus totus factus est homo et in suis integer manens etiam in nostris perfectus apparuit, absque solus peccato, qui in se salvare totum homine venerat, ita quoque et duas eum naturales habere voluntates duasque f. 78′ naturales operationes secundum ‖ sanctorum patrum doctrinam decreverunt. auctores vero novi heretici dogmatis Sergium, Pyrrhum, Paulum et Petrum Constatinopolitanos una cum Honorio · qui pravis eorum adsertionibus fomentum impendit, pariterque et Theodorum Faranitanum

---

7 et suis] et cum suis *H*, et cum sui *GB*, et sui *R* 12–13 et initium humanitatis eius accessit] humanitas ei accessit *G* 13 duas] ita duas *GBR* 14 subsistentias] subsistentiam *GR* 18 solo *HGB* 19 qui] qui ut *H*, quia *GR* hominem *HGBR* 20 eum *om.* *GB* 23 Pyrrhum] py *corr. m. pr. ex* pi *V* Constantinopolitanos *HGBR* 25 Pharanitanum *GB*

et Cyrum Alexandrinum cum eorum imitatoribus simulque et hos qui hereticum dogma etiam veritate fidei synodaliter declarata atque predicata pertinaciter defendebant, pessimum et deo odibilem Macarium cum eius discipulo et magistro impietatis Stephanum et Polichronium delirum senecem, novum Simonem cum omnibus hereticis scriptis atque sequacibus nexu perpetue anathematis devin- ‖ xerunt, f. 79 qui unam execrabiliter asserebant voluntatem et unam operationem in Christo, quam neque divinam neque humanam neque conditam poterant demonstrare, sed ut velut confusam atque concretam, sicut de naturis impius Eutyces, ita idem naturalibus voluntatibus atque operationibus Christi iuxta hereticorum prestigia nitebantur defendere. sed et eos qui unam simul et duas voluntates et operationes in Christo dicere pręsumebant sive nec unam nec duas, vel qui proprietates naturarum Christi confundere vel extingere nisi sunt vel nituntur, pari cum eis anathemate multaverunt. propterea quosquos vel quaeque haec sancta sex universalia concilia abiecerunt, simili etiam nos condemnatione percellimus anathemate. cum suprafatis ‖ hereticis Sabellium, Paulum Samosatenum, Marim f. 79'

---

1 Cyrum *scripsi cum GB*, Cyrinum *VHR* 2 hereticum dogma etiam veritate] haeretica dogmata contra veritatem *G*, haereticum dogma contra veritate etiam *B*, haereticum dogma contra veritatem *R* 3 declaratam atque praedicatam *G* 4 pessimum] etiam *add. G* 5 Stephanum et P. d. s. n. S.] St. et Polychronium d. senem et novum S. *HR*, Stephano et Polychronio deliro sene novo Simone *GB* 7 perpetui *HGBR* 9 humanam] neque inconditam *add. G* 10 sed ut velut] sed velut *HG* 11 concretam] congregatam *G* 12 idem] iidem de *H*, idem de *B*, de (*om.* idem) *G* 13 praestigias *GBR* 17 extinguere *HGBR* 18 haec *om. GB* 20 anathematis *GBR* 21 Marim Persam, *ut supra legitur, scripsi cum GBR*, Marincipersa (per *in ligatura et* sa *in rasura*) *V*, Marin Persam *H*

Persam, Montanum, Donatum, Eunomium, Novatum, Sabbatium, Acacium, Anthemum, Iulianum Alicarnaseum, Theodosium, Gaianum, Priscillianum, Pelagium, Celestinum et Iulianum eorum discipulum et cum eis simul omnes hereticos eorumque sequaces exequamur ac condemnamus. quoscumque vero vel quaeque eadem sex sancta concilia susceperunt, ut recte fidei consortes suscipimus et cum eadem reverentia ore et corde veneramur. sed et hoc vestrae caritati, Christo annuente, pollicemur, cuncta quae huius apostolicę sedis prolati pontifices apostolici predecessores nostri synodaliter atque decretaliter statuerunt, cum toto mentis f. 80 studio || et puritate nos esse conservaturos et ad defendendam recte fidei puritatem et cum dei presidio eorum in omnibus esse sequipedam, unde et districti anathematis interdictione subicimus, si quis umquam, seu nos sive est alius, qui novum aliquod pręsumat contra eiusmodi evangelicam atque apostolicam traditionem et orthodoxę fidei Christianeque religionis integritatem vel quicquam contrarium amittendo inmutari sive subtrahere de integritate fidei nostrae temptaverit vel ausu sacrilego hoc pręsumentibus consentire. et ut sinceritas perfecte nostrae fidei vestrae claritati manifestius clareat, presentem nostrae

---

2 Halicarnasseum *HGBR* 3 Caelestium *HGB* 5 eorumque] simul *add. GB* execramur *HGB* 6 quosque *G* 8 haec *H* 10 probati *HR*, praefati *GB* 11 atque decretaliter *om. G* 13 et cum dei presidio eorum] eorumdem praesidio *G*, cum dei et eorumdem praesidio *B* 14 in omnibus] coram hominibus *G* 15 interdictioni subiicimus *HGBR* 16 aliquid *HGBR* praesumit *HB* huiusmodi *GBR* 17 atque apostolicam *om. G* 19 ammittendo immutare *H*, annitendo immutare *G*, admittendo immutare *B*, amitendo immutari *R* 21 et *om. G* 22 claritati] caritati *HGBR*

professionis paginam per ill· notarium scriptum cum nostrae manus subscriptione coram omnibus relectam in confessione beati Petri || apostolorum principis deposuimus, f. 80′ tamquam ipso testificante de puritate conscientiae nostrae cui claves ligandi atque solvendi in caelo et in terra omnium salvator et dominus tradidit. — Ill· gratia dei episcopus sanctae catholicae et apostolicae ecclesiae urbis Rome huic professioni recte et orthodoxe fidei, sicut superius legitur, subscripsi, in venerabile corpus tuum, beatę Petre apostolae, optuli conservandam.

LXXXV.

Ill· episcopus sanctae catholicae atque apostolicę ecclesiae urbis Rome dilectissimis et dulcissimis filiis in domino salutem. — Hodierni diei festiva iocunditas invitat nos, dilectissimi, vestram in Christo fraternam humili voce exortare concordiam, quatenus tam alacer vestrę devotionis concursus non ad favorem hominum, sed ad laudem || potissimum proficiat creatoris, f. 81 qui dum votis vota ubertim adcumulat, gaudiis celestibus nostrae humilitatis gaudia amplificare dignabitur. *quis* namque, ut ait propheta, *loquitur potentias domini aut quis omnes eius auditas va-*

1 scriptam *HGBR* 5 in terra et in caelo *GBR* 6 ill·] subscriptio ille *H* 9 in venerabile corpus tuum] et in v. c. t. *HR*, eamque ad corpus tuum (*om.* venerabile) *GB* 10 consolidandam *G*.

LXXXV: V. f. 80′—87′. — C. LXXVII. — Holst. XII. — Garn. II. tit. 9ᵃ. — Roz. LXXXV.

11 *sine rubrica V* (*et ita R*), item alia (professio fidei) G^1, tertia professio fidei post ordinationem G^2 13 hodiernae *HGBR* 15 exhortari *HGBR* 17 potissimum] potentissimi *G* 20 loquetur *HGBR*

LXXXV. *lebit facere laudes?* vel quis digne *poterit magna et mirabilia eius opera enarrare?* neque enim hoc mea merita, karissimi, quae nulla sunt, sed vestrae Christianitatis vota apud altissimum promeruerunt quod in me indigno desuper cernitis exultantes, ut nimirum omnipotens *de terra inopem et de stercore pauperem sublimaret*, prętogativam sacerdotii concederet dispensatoremque suae constitueret familiae. quapropter karissimi, huius diei preclara sol-
f. 81' lemnitas geminam apud vestram deo placitam || caritatem per hanc meae mediocritatis paginam compuli persolvere functionem. et primum omnium quidem condecet paterno affectu meos dulces deposcere natos, ut pro meae fragilitatis inopia Christum dominum convenientes deprecemini, ut hoc officium pietatis quod, largiente domino, vestris precibus indeptus sum, suorum intercessionibus apostolorum concedat inculpabiliter adimplere, quatenus non de culmine presulatus temeritatis poena condemner, sed de fideli officio ac credito pietatis ministerio in die adventus domini merear una cum animabus mihi ab eo creditis inmarcescibilem gloriae percipere coronam. deinde alia mihi ad vos, o dilectissimi, pro vobis est amplissimę
f. 82 caritatis adortatio, quatenus || si quis vestrum adversus aliquem habuit vel habet nunc usque querellam, meę obsecrationis interventu, propter eum scilicet qui auctor pacis et caritatis est, invicem ex cordibus relaxetis,

---

2 enarrare *in rasura m. alt. V* 4 indignum *GB* 10 compuli] me compulit *H*, compulit *GBR* 12 affectu] affatu *H* 13 convenienter *GBR* 18 credito] sedulo *GB* 19 mihi ab eo] mihi a deo *HR*, ab eo mihi *GB* 21 amplissima *GB* 23 nunc] huc *GBR* 24 propter] p̄pt̄ *V*

donantes vobismet ipsis, secundum apostolicam exortationem, *sicut et deus in Christo donavit vobis, ut non*, quod absit, quodlibet argumento a *satana* inimico pacis dissensionisque auctore *circumveniamur.* finiantur, quaeso, simultates et discordiae, ut non regnet in vestro casto pectore odii fomes, sed pax et caritas quam diligit deus, *ut sitis oboedientes filii patris vestri qui in caelis est.* scriptum quippe est: *beati pacifici, quia filii dei vocabuntur*; et iterum: *pacem sequimini et sanctimoniam sine qua nemo videbit deum.* || *dimittite*, inquit in evangelio dominus, *et* f. 82′ *dimittetur vobis, date et dabitur vobis; in hoc*, ait, *cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem invicem conservetis, ut pax dei quae exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra et intelligentias vestras in Christo Iesu domino nostro*, quatenus sicut meę exiguitatis promotionem letitiae gaudia vobis hodie cumulavit altissimus, ita profecto et mihi de vestrę unanimitatis et pacis concordia mentis iocunditas uberius multiplicetur, ut c[ondec]enter pari assensu hymnum glo[ria]e cum sanctis angelis ante hoc ven[er]abile apostolorum principis [c]or[pus] possimus concordi modu[l]am[ine], etiam cum interno mentis adsensu alacriter [ex]clamare: || *gloria in excelsis deo et in terra pax homini-* f. 83 *bus bone voluntatis.* quibus premissis, karissimi, ad illud singulare spei nostrę remedium meę humilitatis alloquium

---

2 et *om.* *GB* 3 quolibet *HGBR* 4 circumveniamini *B* 5 pectore] corpore *GB* 10 in evangelio dominus] dominus i. e. *G* 11 ****. et dimittetur *V*, monens et dimittetur *H* date e. d. vobis *om.* *GB* ait] autem *H* 13 sensum] *alt.* s *in rasura* *V* 14 vestra *om.* *GB* 15 promotione *HGBR* 17 unanimitate *R* concordiam *R* 18 condecenter] consequenter *H* 19 hoc *om.* *GB* 20 modulatione *H* 24 remedium *corr. m. pr. ex* remodium *V*

LXXXV. summopere curavi. ad quod vestrum desiderium per aff(l)atum sancti spiritus indesinenter sollicitum esse atque attentum inmaculatis ab eo confertum illaquae meae humili(tatis) professione ad vestram ędificationem libenter invitor depromere, quę a me inhianter suspensis auribus fervore catholicae atque orthodoxę fidei Christiane religioni dedita vestra devotio per meae ministerium ling[u]e convenienter cupit audire. propterea, Christianissimi evangel[ic]ęque doctrine discipuli, pater[ne tr]aditionis per dei gratiam (e)mula[tor] et [or]thodoxę fidei [sec]tator existens f. 83′ e[a] || quae per sanctos apostolos huiusque apostolicae sedis presules predicandam suscepimus, quemammodum *corde credimus ad iustitiam,* ita nos condecet ad vestre salutis aedificationem mente devota propria ac veraciter in conspectu t[o]tius ecclesiae libera profiteri voce: credimus in unum deum, patrem et filium et spiritum sanctum, trinitatem insepar[a]bilem, patrem scilicet ex quo omnia, filium per quem omnia, spiritum sanctum in quo omnia, patrem quidem ingenitum, filium autem ex patre unigenitum, spiritum vero sanctum nec genitum nec ingenitum, sed de patre filioque procedentem; unam sanctae

---

1 curavi] curro ut *G*, curavi ut *BR* 2 afflatum *scripsi cum HGBR*, affatum *V* sancti spiritus] spiritus sancti *G* sollicitum esse] esse sollicitum *G* 3 inmaculatis ab eo confertum] inmaculatis ab eo confertur *H*, in meis oculis habeo conspectum *G* meae humilitatis, *uti teste Garnerio legebatur in C, scripsi cum GB,* meae humili *V* (*et ita R*), mea humili *H* 8 christianissimi evangelicęque] christianae simul et evangelicae *G*, christianae simul et evangelicae atque apostolicae *B*, christianissimi evangelii *R* 9 paternaeque *HGBR* 10 mula/// *V*, aemulator *HR*, aemulatores *GB* sectatores existentes *GB* 11 ea] e / *V*, et *R* 12 praedicanda *HGBR* 14 proprie *GB* 15 totius] omnis *H*

trinitatis essentiam, unam virtutem, unam dominationem, unam naturalem voluntatem atque operationem unam. trinitatis nomine credentes || baptizati sumus et credendum f. 84
fideliter predicamus: unum igitur sanctae trinitatis, hoc est dei verbum qui natus est de patre ante omnia secula, eundem in ultimis temporibus descendisse de cęlis, incarnatum esse de spiritu sancto et de semper virgine beata dei genetrice Maria et humanatum, consubstantialem patri secundum deitatem et consubstantialem eundem nobis secundum humanitatem, de patre quidem natum sine tempore et aeterne, de matre autem absque semine in tempore, unde et duas eius nativitates predicamus; unum eundemque dei filium eundemque hominis filium, ex duabus et in duabus naturis, hoc est divina et humana, incondita et condita, inpassibilem et passibilem, in unam personam atque subsistentiam concurrentibus, || et sua pro- f. 84'
prietate inconfusę et inmutabiliter eiusdem naturis manentibus, ex quibus et ineffabilis adunatio facta est, deus verbum, mediante rationali anima carni quam de sancta et inmaculata virgine adsumpsit. qua de re vere ac proprię theotocon, id est dei genetricem sanctam semperque virginem prędicamus, eo quod unum eundemque deum et dominum Iesum Christum genuit, non in duas personas duosve filios partitum sed eundem, deitati quidem inpassi-

---

3 trinita^{u}s *m. pr. V* 5 dei] deum *G* 6 de cęlis] credimus *GB* 8 *et infra* genitrice *HGBR* inhumanatum *G* 12 unum] et unum *GB* 15 impassibili et passibili *HG* 16 substantiam *GB* et] in *add. HGBR* 17 inconfusis *G* eisdem *HGBR* 18 et *om. G* deus verbum] et deus unitus *G*, deus verus *B*. 20 quare *G* 22 et] ac *H* 23 dominum] nostrum *add. GB* 24 deitate *HGBR*

LXXXV. bilem, passum autem carne, crucifixum et sepultum carne, resurrexisse, et ascendisse in celis carne, unde numquam de divinitate discessit, sedentem ad dexteram patris in eadem carne et ita venturum iudicare vivos et mortuos et sic f. 85 semper in eadem carne mansurum. ‖ propterea attestamur eos at[que con]demnamus quicumque ante adunationem duas naturas et post adunationem unam Christi naturam errantes adseverant, nec non et illos qui in duas personas vel duos filios unum dominum nostrum Iesum Christum dividentes blasphemant. nos igitur in omnibus sequentes sanctarum quinque synodorum instituta nec non et probabilium catholicae ecclesiae patrum atque doctorum venerabiles traditiones confitemur atque predicamus iuxta duarum Christi naturarum proprietates, ita nihilominus et d[ua]s naturales voluntates atque operationes unius eiusdemque domin[i nostri] Ies[u] Christi. ad haec quoque profitemur etiam cuncta decreta pon[tifi]c[um] apostolicae f. 85′ sedi[s] predecessorum meorum, ‖ presertim quae a sanctę memoriae Martino universali pape ad confirmationem predictarum sanctarum quinque synodorum definita sunt atque decreta, in omnibus custodire, maxime quae adversus novas promulgata sunt questiones, quibus zizaniorum scandala huc atque illuc desaminata sunt. quorum sanctorum patrum et apostolicę sedis pontificum auctoritate moniti ac freti, quae vel synodicę susceperunt vel predi-

---

1 sepultum] in *add. B* 2 surrexisse *H* caelos *GB* de *om. HGB* 5 attestamur] detestamur *HGBR* 13 iuxta] unitas *G* 15 et] ut *G* 16 Christi] fateamur *add. G* 19 papa *HGB* 20 sanctarum *om. GR* 23 disseminata *HGB*, dessiminata *R* 25 muniti *HGB*

caverunt, sine aliqua diminutione suscipimus et predicamus, simili modo et quaeque damnaverunt, cum suis auctoribus et sectatoribus sub anathemate damnamus. profitemur etiam nos secundum illa quae a predecessoribus meis statuta sunt, || f. 86 numquam aliquod novi contra catholicam atque orthodoxam fidem suscepturos vel talia temerarie presumentibus, si oportunum fuerit etiam mori, dei gratia nos corrob(or)ante, quomodo consensum prebeturos. ad haec vero suscipio et amplector et veneror definitionem quam, deo auspice, sancta et universalis ac magna sexta synodus quę nuper in regia Constantinopoli urbis, in qua et apostolicę sedis legatos presidere manifestum est, quae et per decretum Christianissimi ac piissimi a deoque coronati Constantini magni principis congregata est; et quae suscepit suscipio vel quae abiecit abicio, similiter et quos anathematizavit atque damnavit, anathematizo et damno. hanc denique, dilectissimi, orthodoxę atque apostolicae fidei normam in om- || f. 86′ nibus tenentes atque spiritalium patrum lucidissimis, veluti caeli luminaribus, sacris inherentes doctrinis, oportet nostrae humilitatis religiosam devotionem quae, eorum magisterium inlustrantem superna gratia, corde concepimus, ore etiam libere confiteri, ut in die adventus domini et salvatoris nostri Iesu Christi a dextris consistens illam desiderabilem de

---

2 quaecumque *G* 5 aliquid *HGB* 6 vel] nec *GB* 8 corrobante *neglegentia scribentis V* quoquo modo *HGBR* praebituros *HGBR* 10 auspice] *add.* edidit *H*, fecit *GBR* 11 urbe *HGB* 13 a deoque] a *add. super lineam m. alt. V*, deoque *R* 14 magni *om. GBR* 15 vel quae] et quae vel quos *GBR* 17 hanc] et hanc *GBR* 19 caeli] saeculi *G* 21 religiosa devotione *G* magisterio illustrante *HGBR* 24 consistentes *HGB*

evangelio mereamur vocem audire dicentem: ***venite, benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis preparatum est ab origine mundi.*** his igitur prelibatis, oportet nos, dilectissimi, ad hoc sacratissimum et venerabile beati Petri apostolorum principis corpus fixis genibus dominum Iesum Christum inpensius exorare, ut fidelissimum ac f. 87 Christianissimum Romanum ‖ a deo constitutu(m) principatum cum vita et victoria religionis cultum pollentem longevis aetatem curriculis in suo sancto timore conservare et custodire longe lateque regnantem pacifice dignetur; una cum fidelissimis atque fortissimis Romane reipublicę Italiae exercitibus rebelles inimicos pii imperii, previantibus ac comitantibus beatissimis apostolorum principibus, subiugare ac prosternere, non mucrone ferri sed prudentiae consiliis, absque dispendio florentissimi exercitus sua virtute dignetur. de eorum felicitate tam in regia urbe quam circumquaque adversantium opinionum laudabiles discurrant triumphi, ut omnis sexus et dignitas de eius victoriis exultantes uno ore deo nostro et domino ‖ f. 87′ Iesu Christo dignas invitentur laudes et gratias persolvere, cum quo est deo patri spirituique sancto honor et gloria per omnia secula seculorum, amen.

---

2 paratum *H* 5 Petri *om. HGBR* flexis *HR* 6 inpensi*us *V* 7 constitutu *sine titulo V* principem *GB* 8 cultu *HGBR* 9 longaevis aetatum *HBR*, longaevae aetatis *G* 12 pii *om. GB* imperi*i (*eraso* o) *V* 13 praeliantibus *B* ac comitantibus *om. G* 15 absque] et absque *GB* 16 felicitate] feritate *GB* 17 regiam urbem *GB* opinionum *om. GB* 18 laudabiles] *ad* lauda *add. in margine* biles *m. pr. V* decurrant *GB* 19 eiusmodi *GBR* 20 invitentur *scripsi cum GBR*, imitentur *V* (*et ita H*) 21 honor et *om. GB*.

LXXXVI.

DIVERSA PRIVILEGIA APOSTOLICĘ AVCTORITATIS.

Ill· episcopus servus servorum dei ill· religioso abbati venerabilis monasterii sanctae dei genetricis semper virginis Marię dominae nostrae et per eum in eodem venerabili monasterio in perpetuum. — Cum summę apostolicę dignitatis apex in hoc divini prospectus nitore dinoscitur prefulgeri, cum in exercendis dei laudibus sui impensius studebit laboris exhiberi certamen, ob hoc debita nos eiusdem apostolicae pastoralis compulit sollicitudinis cura, queque ad stabilitatem piorum pertinere ‖ f. 88 dinoscitur locorum, ubertim promulgari et apostolicę institutionis censura confirmari. igitur quia postulasti a nobis, quatenus monasterium sanctae dei genetricis semper virginis Mariae domine nostrę, situm in locum qui vocatur Plumbariolo territorio Aquinense, privilegiis sedis apostolicę infulis decoretur, ut sub iurisdicione sanctae nostrae cui deo auctore deservimus ecclesiae constitutum nullius alterius ecclesiae iurisdicionibus submittatur, pro qua re

---

LXXXVI: V. f. 87′—90. — C. LXXXII. — Holst. XCIII. — Mabillon Mus. I^b, 38. — Roz. LXXXVI.

Conf. etiam Garn. VII. tit. 2 qui, ut mihi videtur, ultimam tantum partem, scilicet conclusionem (si quis autem — particeps effici mereatur) *ex C. LXXXII depromsit, reliqua vero quae praecedunt aut ex ingenio addidit aut ita permutavit, ut eius lectiones praetereundas esse censeam.*

1 diversa p. a. auctoritatis] privilegium monasterii *H* *A et infra* genitricis *MBR* 5 in eodem] idem *MR* 8 praefulgere *HMBR* 9 exhibere *H* 15 loco *HMBR* 16 privilegiis sedis apostolicę *om. H* 17 *et infra* iurisdictione *HMBR*

piis desideriis faventes hac nostra auctoritate id quod exposcitur effectui mancipamus. et ideo omnem cuiuslibet ecclesiae sacerdotem in prefato monasterio dicionem quamlibet habere hac auctoritate preter sedem apostolicam ‖ f. 88′ prohibemus, ita ut nisi ab abbate monasterii fuerit invitatus, nec missarum sollemnitatem ibidem quispiam presumat celebrare. omnimodo statuentes apostolica censura sub divini iudicii obtestatione et validis atque atrocioribus anathematis interdictionibus, ut neque ullus umquam presumat quispiam alius, cuiuscumque sit dignitatis preditus potestate, vel etiam quacumque magna parvaque persona in eodem monasterio vel eius causis incumbere aut de rebus et possessionibus vel quicquid de his que ei pertinere videntur quomodo auferre aut alienare, sed nec quamlibet malitiam aut iacture molestiam ibidem sive pacis sive barbarici temporis quoquo modo inferre, dum f. 89 profecto eum perenniter tam, ‖ ut dictum est, pacis quam barbarico tempore firma stabilitate decernimus sub iurisdicione sanctae nostrae ecclesiae permanendum. promulgantes nempe et hoc auctoritate beati Petri apostolorum principis coram deo et terribili eius futuro examine per huius nostri apostolici privilegii atque constituti sancimus atque decernimus, ut loca quae ab abbate cuiuslibet cenovii in eodem prefato sanctae dei genetricis mona-

3 prefato *corr. m. pr. ex* prefati *V* 5 a^{b}bate *m. pr. V* 7 statuentes] insuper *add. B* 8 divini] n *in rasura V* 10 quisquam *H* 11 quaecumque *HMBR* 14 quoquo modo *HMBR* 16 barbarico tempore *H*, barbaricis temporibus *B* 18 decerdimus *lapsu scribentis V* 22 privilegii] desiderii *MR* constituti] paginam *add. H* 24 coenobii *HMBR*

sterio quod appellatur Plumbariolo commutata vel etiam concessa sunt nec non et alias locorum possessiones quae a regibus vel ducibus vel gastaldiis et a ceteris Christianis in eodem sancto loco largita atque oblata sunt aut in postmodum illic concessa fuerint, firma stabilitate iure ipsius prelati || monasterii existenda atque in perpetuo f. 89′
perman(en)da statuemus, nec licentia sit, ut dictum est, ex eius vel omnibus eidem monasterio pertinentibus cuiquam magne parveque persone auferre, ut profecto iuxta id quod subiectus isdem venerabilis locus apostolici constituti atque privilegii consistit, inconcusse dotandus permaneat. si quis autem, quod non optamus, nefario ausu presumpserit haec quae a nobis ad laudem dei pro stabilitate iam dicti monasterii statuta sunt, refragare aut in quoquam transgredi, sciat se anathematis vinculo innodatum et cum diabulo et eius atrocissimis pompis atque Iuda traditore domini nostri Iesu Christi aeterni incendii supplicio || concremandum deputatus; at vero f. 90
qui pio intuitu observatur et in omnibus exstiterit custodiens huius nostri apostolici constituti ad cultum dei respicientibus, benedictionis gratiam a misericordissimo domino deo multipliciter consequatur et vite aeterne particeps effici mereatur.

---

1 quod appellatur] qā *V* (*et ita H*), *om. MBR* 2 conconcessa *V* 3 guastaldiis *H* 5 postmodum] in posterum *H* 7 permanda *V* statuimus *HMBR* 14 refragari *G* 16 diabolo *HG* 18 deputatum *HMBR*, deputari *G* 19 observator *HGMBR* et in omnibus *om. G* 21 respicientibus] respicientis praeceptionem *G* benedictionibus *R* 22 deo] nostro *GB*

LXXXVII.

PRIVILEGIVM MONASTERII.

Credite speculationis impellimur cure, etiam ardore christiane religionis et studio divini cultus permovemur pro venerabilium locorum percogitare stabilitate atque deo servientium securitate, ut hoc proveniente pio labore, et anime Christo dicate quae se illi diebus vitę eorum f. 90′ serviture decreverunt, perseverent inperturbate ‖ nec non et illa maneant finetenus quae a Christianis in dei laude contracta sunt. quia igitur monasterium sancti Christi martyris Stephani quod intro atrio beati apostoli Pauli fundatum est, omnino constat iam elapso tempore congregatione servorum aut ancillarum dei nudatu et sollitudini, nullo preposito in eo aut monachis habitantibus, traditum, permoti proinde cumpassione tanti piaculi ac compulsi dolore apostolica auctoritate previdimus monasterio tibi commisso eundem monasterium sociare, quatenus a presenti ill· indictione atque in perpetuum a te tuisque successoribus cum sibi omnibus in integro sub-

---

LXXXVII: V. f. 90—91. — C. LXXXIII. — Holst. XCIV. — Garn. VII. tit. 3. — Roz. LXXXVII.

2 cura *HGB* etiam] atque etiam *GBR* 3 permovemur] promovendi *G* 4—5 locorum—securitate] locorum atque deo servientium cogitare stabilitate *G* 4 cogitare *R* 6 illi] in illis *GR* eorum] earum *G*, suae *B* 7 servituras *GB* 8 et *om.* *GR* finetenus] firma *add.* *GBR* 9 laude contracta] laudem constructa *GBR* 10 intra atrium *G* 12 nudatum *HGBR* 13 nullo *scripsi cum* *HGBR*, nulla *V* 14 compassione *HGBR* 15 praevidemus *H*, providimus *GBR* 16 idem *HGR* 18 su^{c}cessoribus *m. pr.* *V* cum sibi omnibus in integro subiacentibus] cum omnibus sibi i. i. s. *HB*, cum sibi omnibus subiacentibus i. i. *GR*

iacentibus disponatur atque cum dei timore regatur et vestro coniunctum || subsistat monasterio, ita ut et in f. 91 eodem venera(bi)li loco domino deo nostro laudes exsolvere debeatis. nullam vos rationem exinde vel ei pertinentibus nisi solo deo hac nostra auctoritate solvendos statuimus. fabricam etiam seu luminariorum concinnationem indifferenter, vos sine dubio procurantes, efficiatur. nulla proinde in exsolvendis deo laudibus vel in luminariis concinnandis mora proveniat, sed devota sinceritate peragere festinate, ne per incaute desidię culpam iudicii vos futuri metus concutiat; potius elaborare studete, ut divina placetur vestro conatu clementia possitque manere hoc quod a nobis iusta deliberatione decretum est, futuris inconvulse perpetuisque temporibus. ||

LXXXVIII.

PRIVILEGIVM. f. 91'

Spiritalium premiorum munificentia religiosis viris castamque vitam degentibus ac future prorsus vicissi-

---

1 et] ut *GR* 2 et *om.* *GB* 3 venerali *V* 5 soli *HG* hac nostra auctoritate solvendos] solvere h. n. a. *G*, h. n. a. solvenda *B* 6 fabrica . . . concinnatio *G* etiam] autem *GBR* 7 vos . . procurantes] vobis . . procurantibus *G* efficiatis *H* 10 ne] ac ne *G* 11 divina *scripsi cum* *HGBR*, divino *V*.

LXXXVIII: V. f. 91'—92'. — C. LXXXIV. — Holst. XCV. — Garn. VII. tit. 4. — Roz. LXXXVIII.

15 item privilegium *G*[1] 16 spiritualium *GBR* mu**nificentia *V*, munificentiam *HR* munificentia — laudabili] munificentiam religiosis viris castamque vitam degentibus cum mittit praesularis auctoritas ad futurae prorsus vicissitudinis cumulum proficiens laudabili *G* 17 ac] ad *H*

tudinis cumulum committit presularis auctoritas, profecti laudabili poterit apud omnium conditorem mercimonii lucrum aeternam optinere memoriam. hinc proinde certam habentes sollicitudinis tuę religiose constantiam piis semper studiis inherendis et sobrie conversatione pollentes prefata venerabilia loca ill· beatorum ill· posita in loco ill·, nimia egestat[e] olim repertos predecessorum incuria, tibi per huius nostrae preceptionis paginam omnibus diebus vite tuę temporibus ad regendum ac dispensandum f. 92 committi(mus), || tuae religiositati et successoribus tuis in perpetuum, adunantes ei et monasterium ill· situm in locum ill·, cum quo pariter consociantes ei et diaconiam ill· qui ponitur in loco ill· cum omnibus ad eisdem venerabilibus locis pertinentibus urbanis vel rusticis prediis in integro, ea prorsus ratione ut omnem quam indigent prefata loca fabricam ac restaurationem seu luminariorum concinnationem, omni seposito neglecto, perficere studeas, ut haec perficiens nullo modo a quempiam eici aut alienare dubites, immo magis omnium eorundem venerabilium

---

1 auctoritatis *B* profecti] si profectu *H*, si profecti *BR* 2—3 mercimonii lucrum] mercimonio *G* 3 hanc *H* 5 inhaerentis *HGBR* sobria *HGBR* pollentis *HGBR* 7 olim repertos] obrui reperta *G* 9 diebus *om. H* temporibus *om. G* 10 committi *in fine paginae V* 11 adunantes ei et] donantes *G* 12 loco *HGBR* 12—13 diaconiam . . . loco] diac̄ ill· qui ponitur in loc̄ *V*, diaconiam illam quae ponitur in loco *HR*, dicto illo qui ponitur in loco *G*, illum qui ponitur in loco *B* 13 ad eisdem venerabilibus locis] eisdem v. locis *H*, ad eadem venerabilia loca *GB*, iisdem venerabilibus locis *R* 15 integrum *GB* qua *HGBR* 16 loca] loco *lapsu scribentis V*, *om. G* 17 neglectu *HGB* 18 nullo *corr. m. pr. ex* nullu *V* quopiam *HGB* eiici *HG* aut *super lineam add. m. alt. V* alienari *GBR*

locorum, ut prelatum est, augmentum et compendium fabrica ac melioratione perficere stude sub divini retributionis intuitu. nos autem omnibus omnino interdicentes || f. 92' nostris posteris ac successoribus huius pię dispositionis censura finetenus inviolata servare . . .

LXXXIX.

PRIVILEGIVM.

Cum magna nobis sollicitudine insistit cura pro universis dei ecclesiis ac piis locis vigilandum, ne aliquam necessitatis iacturam sustinea(n)t, sed magis propriae utilitatis stipendia consequantur: ideo convenit nos pastorali tota mentis integritate eorundem venerabilium locorum maxime stabilitatis integritatem procurare et sedule eorum utilitatum subsidia illic conferre, ut deo nostro omnipotenti id quod pro eius sancti nominis honore etiam et laude atque gloria eius divine maiestatis eius venerabilibus nos certum est contulisse locis, sitque || f. 93 acceptabile nobisquae ad eius locupletissimam misericordiam dignum

---

1 praefatum *G* 2 fabricam ac meliorationem *GBR* studeas *GB* divinae *HGBR* 3 interdicentes] indicimus *GB* 5 censura f. inviolata] censuram f. inviolatam *HGBR*.

LXXXIX: V. f. 92'—93'. — C. LXXXV. — Holst. XCVI. — Garn. VII. tit. 5. — Roz. LXXXIX.

6 item privilegium *G*[1] 7 insistat *HGB* 8 dei *om. G* vigilandi *G* 9 sustineant *scripsi cum HGBR*, sustineat *V* propria *GB* 13 illic *om. G* 14 sancti nominis] sanctimoniis *GB* 15 laude atque gloria] ad laudem atque gloriam *H* eius (*post* gloria) *om. R* eius (*post* maiestatis) *om. G* 16 sitque] sit *HGB* acceptabile] acceptabi *m. pr.*, *add.* le *m. alt. V* 17 nobisquae] nobis quae *V*, nobisque *HGBR* ad eius locupletissimam misericordiam] ab eius locupletissima misericordia *HB*, ab eius locupletissima manu *G* digna *HG*

huiusmodi pii operis in sidereis conferatur arcibus remunerationem. igitur quia petisti a nobis quatenus fundum ill· atque colonos ill· sitos in loco ill· tuę religiositati ad tenendum emissa preceptione in perpetuo concedere deberemus, ita sane ut a vobis et cetera. omniaque que indigent .... nullaque preterea .... statuentes apostolica censura auctoritate beati Petri apostolorum principi sub divini iudicii obtestatione et anathematis interdictum, ut nulli umquam nostrorum successorum pontificum vel aliae cuilibet magne parveque persone ipsa prenominata loca a potestate et dicione iam fati monasterii auferre vel alienare, potius in proprio suo .... si quis autem temerario ausu f. 93′ magna ¦ parvaque persona contra hunc nostrum apostolicum agere presumpserit, sciat se anathematis vinculo esse innodatum et a regno dei alienum et cum omnibus impiis aeterni incendii supplicio condemnandum; at vero qui

---

1—2 remuneratio *HGB*, remuneratione *R* 2 petiistis *G* fundū *V*, fundos *G* 3 colonos] col̈ *V*, collem *HBR*, *om.* *G* 4 perpetuum *GB* 5—6 ita — praeterea] *quae huius formulae partes primis tantum vocibus indicatae sint, ex formula similis tenoris XCV aut ex praecepto Gregorii II. Iaffé-E. Reg. 2173 intelligas*; indigent etc. ... preterea etc. *H*, omniaque — praeterea *om.* *G*, ita sane ut a vobis etc. ... omnia quaeque indigent nullaque, praeterea *B*, deberemus etc. ... ita sane ut a vobis omnia quaeque indigent ... nullaque praeterea etc. *R* 7 Petri *om.* *G* principis *HGBR* 8 interdicto *HGB* 9 nulli umquam] nullunquam *HR* alii *G* 10 prenominata] nominata *H* 11 fati] praefati *G* alienare] liceat sed *add.* *H*, sit licitum sed *add.* *GB*, sed *add.* *R*; *re vera* liceat *a scriptore omissum est qui hoc quoque loco formulam abbreviavit* 12 suo] *add.* et cetera *HR*, *male* (*v. form. XCV*) *add.* consistant *GB* quis] qua *G* 13 magna parvaque] parva magnaque *GBR* hoc *HGBR* apostolicum] praeceptum *add.* *H*, decretum *GB* 15—16 innodatam .... alienam .... condemnatam *G* 16 aeterni incendii] aeterno incendio et *GBR*

observator extiterit precepti, gratiam atque misericordiam vitamque aeternam a misericordissimo domino deo nostro consequi mereatur.

XC.

PRIVILEGIVM.

Convenit apostolici moderamini pia religione pollentibus benivola compassione succurrere et poscentium animis alacri devotione inpertire assensum; tunc enim lucri potissimum proemium apud conditorem omnium reponitur deum, quando venerabilia loca oportune ordinata ad meliorem fuerint sine dubio statum perducta. | igitur f. 94
quia petistis a nobis quatenus fundum tal· . . . FINIT: statuentes beati Petri principis apostolorum auctoritate, cuius nos etsi impares meritis divina tamen gratia suffragante vices gerimus, sub anathematis interdictione et divini iudicii obtestatione haec quae a nobis compassionis modo decreta sunt, quempiam in quoquam convellere, potius firma stabilitate inconvulsa perpetuis permanere temporibus definimus.

---

2 domino *om.* *G*.

XC: V. f. 93'—94. — C. LXXXVI. — Holst. XCVII. — Garn. VII. tit. 6. — Roz. XC.

4 item privilegium *G*' 5 apostolico *HGBR* poll*entibus (*eraso* u) *V*, poscentibus *G* 6 benevola *HG* 7 impertiri *GB* 8 lucri *om.* *GB* 11 petitis *H*, petisti *BR*, petiistis *G* fundum tal·] fundum ill· etc. *GB*, talem (*om.* fundum) . . . *R* finit *om.* *G* 13 tamen *in margine add. m. alt.* *V* 16 convellere] sed *add.* *GB*.

XCI.

ITEM PRIVILEGIVM.

Tanto plus ecclesiastice res protensiori incremento proficiunt, quantum ex eis studio pietatis egentibus aliquid fuerit vel Christo servientibus aut locis venerabilibus f. 94' commodatum; inde enim ‖ credita, miserante deo, suscepimus, ut optima dispensatione eius potentiae restitui non dubitentur adque nos fiduciam obtinenda premia futura teneamus. igitur quia petisti a nobis, quatenus fundum tal˙ . . . FINIT: statuentes quapropter apostolica auctoritate sub interminatione futuri iudicii, nulli licere nostrorum successorum vel alicuilibet haec quae a nobis intentione decreta sunt pia, in quoquam convellere, potius firma stabilitate inconvulsa manere definimus atque sub anathematis vinculo perpetuis temporibus observanda.

XCI: V. f. 94—94'. — C. LXXXVII. — Holst. XCVIII. — Garn. VII. tit 7. — Roz. XCI.

2 propensiori *B* 5 unde *GB* 6 ut] *om. G*, et *B* 7 dubitamus *G*, dubitatur *R* 7—8 fiduciam . . . teneamus] (obtinenda *scripsi*, detinenda *V*) fiduciam obtinendi praemia futura teneamus *H*, fiduciam de obtinendo praemio futuro tenemus *GB*, fiducia de tenenda praemia futura teneamus *R* 8 petiistis *G* 9 fundum tal˙ . . . finit] fundum ill˙ etc. *GB* qu+apropter (*eraso* i) *V* 11 alii cuilibet *GR*, alio cuilibet *B* haec] ad haec *R* quae a] qua ea *V* 12 convellere] sed *add. B* 13 definimus (*quam vocem transposuit post* observanda *G*) *scripsi cum HGBR*, definibus *lapsu scribentis V*.

XCII.

ALIVD PRIVILEGIVM.

Divina nos saluberrima precepta et sanctorum canonum ac venerabilium patrum instabunt efficaciter documenta, omnium ecclesiarum dei || f. 95 pio considerationis intuitu, immo et apostolici moderaminis annisu utilitatum commoditate atque firmitatis perficere integritatem, quatenus procurata eorum utilitatum subsidia, ut divino cultui dedicate existunt, inconcusse permaneant atque in laudibus dei diutissime persolvendis valeant proficere; nam profecto pastoralis inter cetera congrue operationis certamina quae indeficienter studemus procurare, hoc procul dubio commissa sollicitudo nos provocat pia consideratione sancire, ut nullam indigentiae inopiam quacumque ecclesia quae sub episcopali regimine constituta est, quoquo modo perpeti debeat. et ideo fas exigit ęquanimiter nos uniuscuiusque ecclesiae privilegii iura parro- || f. 95' chiarum ac dioceseos et monasteriorum apostolica censura promulgare possidenda, ut ex hoc et sanctorum canonum instituta inlibata permaneant et nobis lucri potissimum

---

XCII: V. 94'—95'. — C. LXXXVIII. — Holst. XCIX. — Garn. VII. tit. 8. — Roz. XCII.

1 item privilegium *G*[1] 2 nos] ac *add.* *GBR* 3 instabunt] instruunt *HGB* 5 apostolic̄ *V* 6 commoditatem *HGBR* 7 earum *HGBR* 7—8 ut d. c. dedicate *om.* *G* 8 inconcussae *H*, inconcussa *GR* atque] *add.* personae divino cultui dedicatae *G* 9 deo *B* persolvendis] ꝑsol *in rasura V* 10 pastoralis *transposuit post* cetera *G* 13 quaecumque *HGB* 16 privilegia *GBR* iuraque *G* 17 ac] et *H* dioceseos] .seos *in rasura V*, dioeceseon *GR*

premium a conditore omnium deo conferatur. igitur quia petisti a nobis ....

XCIII.

PRIVILEGIVM.

Cum pię desiderium voluntatis et laudande devotionis intentio apostolicis sit semper studiis adiuvanda, cura est sollicitudinis adhibenda, ut ea quae legaliter geruntur et equitatis forma conveniunt, nulla valeant refragatione perturbari, sed inrefragabili iure, deo auctore, debeant permanere, et ob hoc apostolicis promulgatis sanctionibus f. 96 propria unicuique que rationis suppetunt || fas exigit possidenda confirmari. et ideo quoniam constat excellentiam vestram plurima monasteria construxisse quamque iuste adquisisse et cuncta in honore et nomine fautoris vestri beati Petri constituisse ac dedicasse, quibus et diversa agrorum predia ac possessiones et famulorum multitudinem videmini contulisse, quae omnia sub tuae excellentiae dicione vel coniugi tuae Cynedridę regine et natorum

---

1 premium] e *corr. ex* o *et* m *in rasura* *V* 1—2 igitur q. p. a. nobis] i. q. p. a. n. etc. *H*, igitur etc. *GB*, igitur quia petisti etc. *R*.

XCIII: V. f. 95′—96′. — C. LXXXIX. — Holst. C. — Garn. VII. tit. 9. — Roz. CXIII.

3 item privilegium *G*[1] 4 laudande devotionis] laudabilis devotionis *H*, laudanda de bonis *G* 6 qua *G* 7 equitatis *corr. m. pr. ex* equitatu *V* formae *GB* 10 rationis suppetunt] rationi suppetunt *HBR*, suppetunt rationis *G* 12 monasteria] tam *add.* *GB* quamque] q; *in rasura* *V*, quam *G* iuste *om.* *G* 14 ac dedicasse] dedicare *G* 17 coniugi tuae Cynedridę] coniugis tuae Cynidradae *H*, coniugis tuae ill· *GB*, coniugis tuae Cynedridae *R* natorum *corr. m. pr. ex* naturum *V*

vestrorum genealogie in perpetuum eadem monasteria et agrorum possessiones cum omnibus originalibus famulis ac manentibus vel universis sibi pertinentibus apostolicae sedis privilegiis poposcitis confirmari detinenda, ‖ sicuti f. 96′ inferius adscripta eadem loca atque agrorum predia continere monstratur, scilicet ....

XCIV.

PROLOGVM IVDICATVM PRIVILEGII.

Dum pro exsequendis iustitiae profectibus et altercantium sopiendis tergiversationibus pastoralis nos vehementer provocare dinoscitur sollicitudo cure: idcirco vigilantiori insistimus ut, si qua inter partes disceptatio exoritur, liquida protinus indagine perscrutari et equitatis moderamine queat congrue delimari. et quoniam constat ....

XCV.

PRIVILEGIVM DE DIACONIIS.

Dum pro adipiscendis celestis regni gaudiis aeterna sunt procul dubio ad cultum divine maiestatis conferenda

---

1 genealogia *H* 4 confirmare *GR* 5 ascripta *G* contineri *HB* 6 scilicet etc. *HGBR*.

XCIV: V. f. 96′. — C. XC. — Holst. CI. — Garn. VII. in principio. — Roz. XCIV.

7 prologus iudicatum privilegii *H*, prologus in iudicatum (*omisso* privilegii) *G* 8 dum] cum *G* 10 dignoscatur *G* vigilantius *G* 11 deceptio *G* 12 indagine] ius *add.* *G* 13 queat (que at *V*) congrue delimari] quoad cuncta congruant limari queat *G*, quae ad congruendae limari *B* constat] etc. *add.* *HGBR*.

XCV: V. f. 96′—98′. — C. C. — Holst. CII. — Garn. VII. tit. 17. — Roz. XCV.

14 privilegium diaconias *GB* 15 aeternis *GR*

XCV. f. 97 stipendia, omnino fas exigit, ‖ eo quod valemus ȧdnisu, queque ad stabilitatis integritatem et profectus venerabilium pertinere noscuntur locorum, enucleanter perficere, maxime in quibus omnipotentis laudes referuntur et sedula fratribus nostris Christi pauperibus sumministrantur alimonia, quatenus omnium egentium, inopum etiam proselytorum copiosa proficiant subsidia et ex hoc redemptori nostro hoc ipsum quod ad gloriam sancti nominis eius dinoscimur procurasse, sit acceptabile nobisque ab eodem omnium creatore domino deo nostro in ęthereis arcibus conferatur remuneratio. igitur quia postulavit a nobis tua fidelitas, quatenus fundum tal· et cetera. a presenti ill· indictione tuae magnitudini et per te in eadem venerabili diaconia f. 97′ in perpetuo ‖ concedimus detinendum. sed dispensator qui pro tempore fuerit in eadem venerabili diaconia, id est quando lusma perficitur in eadem diaconia pro remissione peccatorum nostrorum, omnes diaconite et pauperes Christi qui ibidem conveniunt, exclamare studeant. ita sane ut singulis quibusque indictionibus pensionis nomine rationibus ecclesiasticis tantum a tua magnitudine successoribus-

---

1 quod] quo *HGB* 2 quaecumque *GBR* profectum *GB* venerabilium] veñ *V*, venerabiles *R* 3 enucleate *G* 4 omnipotentis] omnipotenti deo *GB*, omnipotenti *R* referuntur] re *in rasura V* fratribus *corr. ex* fratibus *V* 5 nostris Christi pauperibus sumministrantur] nostris subministratur *G* 6 indigentium *G* 9 accepta^{bi}le *corr. m. alt. V* 11 postulat *G* 12 tal·] ill· *GB* a] eum a *G* 14 perpetuum *GBR* 16 lusma *V* (*et ita H*), lucina *G*, (*et B?*), lusina *R* 17 diaconites *GB* 18 conveniunt] kyrie eleison *add. GB* 19 pensionis nomine] pensio *G* 20 ecclesiasticis] ecclesiarum *B* tantum] T̄ *V et teste Baluzio C*, ter *G*; *conf.* tantam pensionem *in epist. Gregorii I inserta collectioni can. Deusdedit cardinalis l. 3, cap. 76*

que tuis dispensatoribus, difficultate postposita, in perpetuo persolvantur, omnem que indiget defensionem seu meliorationem indifferenter, vos sine dubio procurantes, efficiatur nullaque preterea ad dandam annue pensionem a tua magnitudine successoribusque || tuis dispensatoribus f. 98
mora proveniat, sed ultro actionariis sanctae nostrę ecclesiae apto tempore persolvatur. statuentes auctoritate beati Petri principis apostolorum sub divini iudicii obtestatione et anathematis interdictum, ut nulli umquam nostrorum successorum pontificum vel aliae cuilibet magne parveque persone liceat ipsum prenominatum fundum quoquo modo auferre vel alienare, potius autem in propria utilitate et usu prefate venerabilis diaconiae pro sustentatione et alimoniis fratrum nostrorum Christi pauperum perpetuis permaneat temporibus; at vero qui observaverit hoc nostrum apostolicum preceptum, habeat gratiam misericordiam vitamque aeternam a misericordissimo ||
domino deo nostro consequi mereatur. f. 98′

1—2 perpetuum persolvatur *GB* 2 omnem que] omnemq; *V*, omne quod *HR*, omnisque qua *G*, omnemque qua *B* defensione seu melioratione *H*, defensio seu melioratio *G* 3 vos *add. super lineam m. pr. V*, te *H*, vobis *GBR* procurantes *scripsi cum BR*, procuranter *V*, procurante *H*, procurantibus *G* 9 interdicto *HGB* nullunquam *R* 10 alii *G* 13 et usu prefate] usu et potestate *G* 15 maneat *G* 17 misericordiam] maximam *G* a *scripsi cum HGBR*, et *V*.

XCVI.
PRIVILEGIVM.

Superne miserationis respectu ad hoc regiminis cura suscepimus, ut iuste precantium votis faveamus et libramine equitatis cunctis in necessitatibus subvenire debeamus, presertim his qui pro nomine redemptoris domini Iesu Christi totis se vite temporibus ad exhibenda sedula servitia et canendas laudes potentiae eius sub religionis habitum septis monasterialibus contulerunt; nam pontificalibus meritis decoramur, dum ex mandato divino, exigente ratione, iure pertinentia cuique restituerimus et compassione pastorali, si quos artat necessitas, consulemus.
f. 99 quia vero ‖ plurimis transactis annis monasterium cui prees tua religio, ill· abba, coram synodali collegio porrecta petitione notuisti possedisse iure inconcusso fundos qui appellantur ill· et ill·, et tal· sanctae recordationis precessor suprascriptos fundos tueque congregationi restituisse, iustum fore decernimus auctoritate beati Petri

---

XCVI: V. f. 98′—99′. — C. CI. — Holst. CIII. — Garn. VII. tit. 18. — Roz. XCVI.

1 item privilegium G^1 2 respectū *V* curam *HGBR* 3 iusto *R* faveamus *om. G* 5 his] iis *GBR* 7 laudes potentiae] potentias *G* 8 habitu *HGB* settis *B* 10 restituimus *GB* 11 pastoralī *V* arctat *HGBR* consulemus] consolamur *GB*, consolemus *R* 12 pluribus *H* 13 praeest *GBR* ill· abb· *V*, illum abbatem *H*, ill· (ille) abbas *GBR* 14 petitionē *V* innotuisti *HGB* iuro *R* 14—15 fundđ q̄ā ill· et ill· *V*, fundos Q. A. ille et ille *H*, fundum ill· et ill· *G*, fundos illos et illos *BR* 15 et tal·] et talem *H*, et quod talis *G*, et talis *BR* 16 praedecessorem *H* suprascriptum fundum *G* tueque congregationi] tuae congregationi *GR*, monasterio tuo tuaeque c. *B* restituisset *GR*

apostolorum principis, cuius meritis impares dignatione vero divina vices gerimus, ut a presenti ill· indictione atque perpetuis temporibus eosdem fundos ill· et ill· monasterium tuum tuaque congregatione absque qualibet annuali possideat functione suoque iuri defendat propriisque usibus vindicet, nullusque temeritatis ausu hęc a vobis auferre quovis ingenio aut occasione temptet vel temperet, sed perpetuo ‖ iure proprietate maneant venerabili loco. f. 99′
si quis autem, quod non optamus, huius nostri fuerit ausus decreti paginam contraire vel de cetero molestiam pro eiusdem inferre conatus fuerit parti vestrę, vinculo anathematis innodetur et Iude procellatur maledictione traditoris; nam observantes ex meritis atque precibus apostolorum nec non Christi confessoris Martini vite future premia percellantur.

XCVII.

PRIVILEGIVM.

Summam gerentes sollicitudinem venerabilium locorum, quantum ex divino adiutorio possibilitas datur, de

---

1 cuius] licet *add.* *GB* 2 vero] tamen *GB* 3 eosdem fundos ill· et ill.] e. f. illum et illum *H*, eumdem fundum ill· et ill· *G*, eosdem fundos illos et illos *R* 4 congregatio *HGB* 5 possideret *HR* iure *G* 6 hęc *om.* *G* 7 tentet vel temperet *H*, tentet vel temeret *GB*, temptet vel temeret *R* 8 iure] iure sub *H*, iure et *GBR* maneat *H* venerabilis loci *HG* 10 de cetero *om.* *G* 10—11 pro eiusdem] pro eisdem *HBR*, *om.* *G* 11 fuerit *om.* *HR* 12 percellatur *HGB* traditoris] o *corr. m. pr. ex* u *V* 13 nam] at vero *GB* 15 premia percellantur] premia percipiant *H*, praemiis perfruantur *G*, praemiis praecellentur *B*, praemio percellantur *R*.

XCVII: V. f. 99′—101. — C. CII. — Holst. CIV. — Garn. VII. tit. 19. — Roz. XCVII.

16 item privilegium *G*¹

eorum stabilitate satagere studemus; hoc namque studio (f. 100) et divina placatur clementia et laus Christi || ecclesiae procuratur, nam potiori et nos fiducia pro impe(t)randa venia delictorum aeternam pietatem audemus implorare. igitur inprobitate quorundam petentium contingit elapsis iam annis ut, loci antedicti preposito avaritia devicto, fundum qui appellatur ill· [et] ubi pupillorum alimentorum necessitatibus sustentabantur locarent, ipsaquae dum extenditur annorum conductio, accidit ut a iure iam dicti orfanotrofii premissa alienarentur loca, et dominio proprio frustraretur, dumque necessitate victus artatur locus, frequentia cessavit infantium quibus deerant expense pro- (f. 100′) videnti. || ne ergo cantorum deficeret ordo atque hinc dei ecclesiae contumelia inrogaretur, eadem curiose inquirentes loca a quibus ultra ratione detineba(n)tur, precipientes venerabili restituimus loco, iustum fore cernentes ut pro laude dei pupillis nutrientibus ministrarent quae usibus excolebantur exterorum. precipimus ut proinde a presenti ill· indictione et futuris perpetuisque temporibus ex

---

2 placatur *scripsi cum HGBR*, placatus *V* Christi] ac *add. HGBR* 3 nam potiori et nos] et nos potiori *G* impetranda *scripsi cum HGBR*, imperanda *V* 5 potentium *H* contigit *HGBR* 7 fundum — pupillorum] fund̄ q̄a ill·///ub pupillorum *V*, fundos Q. A. illi quibus pupilli *H*, fundus ill· et ill· pupillorum quo illorum *G*, fundos illos et illos ubi illorum *B*, fundos illos et illos pupillorum quia *R* 8 necessitatibus sustentabantur] necessitas sustentabatur *G*, necessitatibus sustentabatur *BR* locaretur *G* ipsaque *HGBR* 9 conductio] conditio *G* accidit ut] mors acciderit et *G* 10 domino *G* 11 frustarentur *G* artatur *scripsi*, artatus *V*, arctatur *HGB*, arctatus *R* 12 deerat *G* providendi *HBR*, providentia *G* 15 rationem *HGB* detinebantur *scripsi cum HGB*, detinebatur *V* (*et ita R*) 17 pupillos *HGBR* 18 ut proinde] proinde ut *GB* 19 perpetuis (*om.* que) *H*

auctoritate beati Petri apostolorum principis, cuius meritis impares vices tamen gerimus deo miserante, iam dicto fundo cum omnibus ei iuri redonata orfanotrophii sepius dicti permaneat propria sub inconcussa firmitate utilitati eius vel infantium ministrandam, nec liceat cuiquam magno vel parvo || ea conducere aut ab utilitate eius alienare, f. 101
sed semper usibus loci venerabilis et necessitatibus conserventur. si quis itaque extiterit temerator vel contra huius decreti paginam venire temptaverit, anathematis vinculo insolubiliter innodetur atque Iude traditoris maledictione condemnetur.

XCVIIII.

PRIVILEGIVM CONFIRMATIONIS LOCI.

Queque intuitu pietatis geruntur, inconvulsa debent firmitate manere, atque ita convenit studere ut uno omnium nisu perenni subsistant stabilitate, presertim cum pro laude domini dei nostri devota sinceritate pauperibus

---

1 cuius] licet *add.* *GB* 2 deo *scripsi cum HGBR*, dei *V* 2—3 iam dicto fundo (fund̄ *V*) c. o. ei iuri redonata (iurire donata *V*)] iam dicto fundo c. o. ei iuri redonato *HR*, iam dictus fundus c. o. eius iuribus redonatus *G*, iam dictus fundus c. o. ei iuri redonatus *B* 4 proprius *G* 5 ministraturus *G* 6 eum *G* 7 sed] et *add.* *G* conservetur *G* 8 itaque] igitur *H* 10 innodetur *corr. m. alt. ex* innotetur *V* Iude *corr. m. pr. ex* iure *V*.

XCVIIII: V. f. 101—102. — C. CIII. — Holst. CV. — Garn. VII. tit. 20. — Roz. XCVIII.

12 pr. firmationis loci *G*, pr. conf. (*om.* loci) *R* 13 quaecumque *HGBR* 14 studere ^{ut} uno *m. pr. V* uno *om.* *GB* 15 nisu] iura *G* perenni subsistant *scripsi cum HGBR*, perennis s. *quod natum esse videtur ex* perennisubsistant *V* stabilitate] stabilita tempore *GB*

Christi providentur subsidia, eo enim aiente: *beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequantur*, atque in f. 101′ se dicat regredi quod uni fuerit ex minimis ‖ factum. hac fretus spe condidisse diaconiam in honore sanctae dei genetricis semperque virginis Mariae domine nostrae in loco ill˙, reverentissime frater, dinosceris, oportune certus quod mercedis premia optineas in futuro, ibique ex indictione i. contulisti atque alii pro amore omnipotentis dei nostri fidelium offerre pro amministratione pauperum eius et redimenda peccata student. ne ergo antiqui hostis emulatione quidam contra salutem temerator existat vel ex rebus semel deo dicatis aviditate devictus abstrahat aut defraudet, nostrae ut auctoritatis precepto venerabilis loci inmunitas procuretur, sperasti. quapropter precipimus beati principis f. 102 auc- ‖ toritate Petri per huius decreti pa[ginam] omnibus omnino cuiuslibet dignitate preditis ac potestate, ut ex rebus eidem venerabili diaconiae oblatis nullus presumat quicquam [a]uferre, sed quicquid illud est, s[uo sem]per

---

1 subsidia] vita *add. in margine recentior manus V*, vitae *add. HGBR* enim] nempe *GB* aiente *scripsi cum HBR*, alente *V*, dicente *G* 2 consequentur *H*, consequuntur *GBR* 3 dicat regredi] dicente redigi *GB* 4 spe fretus *G* condidisse d. i. honore *bis scripsit V* honorem *HG* 5 genitricis *HGBR* 6 reū *V*, reverende *HR*, venerabilis *G* dignosceris *GBR* 7 ibiq; exidi *V*, ibique ex IND. I. *H*, ibique ob id *G*, ibique ex id *B*, ibique ex indictione illa *R*; *fortasse emendandum* ibique et ipse 9 et] *add.* ad *H*, propter *ĠB* 10—11 antiqui hostis aemulatione quidam c. s. t. existat] aliquis aemulatione quadam c. s. t. existens *G* 11 vel *om. GBR* 14—15 principis auctoritate Petri] Petri apostolorum principis autoritate *GB* 16 cuiuslibet dignitate] cuiuslibet dignitatis *H*, qualibet dignitate *G* ac *om. H*, et *GBR* 17 eidem venerabili diaconiae oblatis *scripsi cum HBR*, e. v. diaconia ablatis *V*, eiusdem venerabilis diaconiae (*om.* oblatis) *G* nullus] nemo *G*

possideat iuri et omnia sibi vindicet concessa vel si qua fuerint ablata, ita ut sub tuitione et regimine ac dispensatione loci ill· maneat, sub iudicii metu aetern[i] statuentes pontificale censura atque sub, anathematis interdictum nulli existere temeratorem.

XCIX.
PRIVILEGIVM.

Cum in exarandis dei laudibus debita pastoralis compulsit sollicitudinis cura, ut queque ad stabilitatem piorum dinoscitur pertinere locorum, ubertim || [pro]mul- f. 102
gari et apostolicę institutionis in p[rivi]l[egi]is atque decretis censura confirmari, convenit nempe nos apostolico moderamine suprascripta venerabilia loca quae dudum fue[rant in ru]inis magnaque inopia ac paupertate degentes et a nobis [no]viter a solo aedificata et undique ditata, oportune ordinari s[eu a]d meliorem sine dubio statum perd[u]cere, presertim ubi illa petuntur quae non ad commodum temporale sed ad perpetuam providentiam pertinent deo servientium animarum, ut predicta scilicet venerabilia loca quae a nobis in uno congl[ob]ata atque adnexa sunt, cum propriis cong[r]ega[ti]onibus quae regu-

---

1 iure *HGBR* 2 oblata *HGB* 4 pontificali *HGBR* interdicto *HGB* 5 nullum *HGBR*.

XCIX: V. f. 102—103. — Mabilon Museum I^b, 35 — Roz. XCIX.

11 confirmari convenit. nempe nos *MBR*, *sed rectius mente intellegere possis* confirmari debeant 14 noviter] iterum *B* 15 s[tudemus] *R*, *sed tres solummodo sive quattuor litterae exciderunt* 16 reducere *MBR* 20 propriis] propi ... sanctorum *M*, propriis sanctorum *B*, prop[riorum] sanctorum *R*

f. 103 lariter || in psalmis ... | deo salvatore ... | vigiles excubias ... | lentiis exterioribus ... | iugiter valeant piis ... | ficia in ecclesia ill· exh ... | constat tua rel ... | vilegii apostol ... | postular ... | tiones ... | que ... |
f. 103' te .... || ... uel cuncta con | ... sa in unum per | ... deo laudes persolve | ... sicut a deo sibi | .. ut .. iugiter per | .. at .. que sub uno ab | ... loca constituta | ... atio nec cui | ... ur .. ve . | ... ibere | ... vel | ... nas | ....

C.

PRIVILEGIVM QVANDO SVO PROPRIO LOCO CONCEDITVR.

Dum magna nobis cura insistit pro stabilitate omnium locorum sanctorum percogitare, ut eorum devotissimae commoditatis proficiat integritas, convenit certe nos pro ecclesia tituli ill· quae vocatur ill·, maximam gerere sollicitudinem, ne minus illic luminariorum concinnatione habere videatur. ob hoc de eius propriis praediis, scilicet loco ill·, subter via ill·, in praefato venerabili titulo pro usu et utilitate eiusdem sancti loci atque presbyteri qui omni tempore eiusdem venerabilis tituli curam gesserit, perennibus ac perpetuis temporibus permanendos confir-

---

1 *addo singulas voces vel litteras quas in lacinia ultimi folii codicis V legere potui.*

C: C. CIV. — Holst. CVI. — Garn. VII. tit. 21. — Roz. C.

13 cogitare *GR* 14 nos] et *add. H* 15 tituli illius Q. V. illa *H*, tam ill· quam ill· *GR*, tibi(?) illa quam illa *B* 16 concinnatio *GBR* 18 loco illo *H*, loca ill· (illa) *GBR* 21 permanendos *B*, permansuros *GHR*

mamus suprascriptos ill· fundos, a praesenti ill· indictione et in perpetuum in usu et utilitate praefati illius tituli, ut dictum est, permanendos. statuentes apostolica censura sub divini iudicii obtestationibus et anathematis interdictionibus, ut nullus nostrorum successorum pontificum vel quaelibet magna parvaque persona ipsos praenominatos fundos ab eodem venerabili titulo et usu presbyteri auferre vel alienare praesumat, sed nec presbyteri aut visitatores qui eiusdem sancti loci in tempore curam gesserint, audeant cartulam aut aliud quodlibet munimen exinde cuiquam emittere, potius autem, ut praefati sumus, firma stabilitate in usu et utilitate ipsius sancti loci vel omnium eius presbyterorum perpetuis permaneant temporibus. statuentes . . .

CI.

PRIVILEGIVM AD CONFIRMATIONEM MONASTERII.

Desiderium quod ad religiosum propositum et sanctorum locorum stabilitatem pertinere monstratur, sine aliqua est, deo autore, dilatione perficiendum, ut quoties in quibusdam eius utilitatibus et commodis nostrorum assensum et solitae apostolicae autoritatis exposcitur praesidium, ultro benignitatis intuitu nos conveniat subvenire et iura pro integra securitate ex ratione solidare, ut ex

---

1 a *B*, et *HGR* 2 illius *B*, *om.* *GHR* 3 permanendos *B*, permansuros *GHR* 14 statuentes *B*, *om.* *GHR*.

CI: C. CV. — Garn. VII. tit. 22. — Holst. CVIII. — Roz. CI.

18 ut *GHR*, et *B* quoties *GHR*, quotiens *B* 22 iura *GHR*, recti *B*

hoc ipsius venerabilis loci ill· salus et indemnitas proficiscatur et nobis quoque lucri potissimum praemium a conditore omnium deo in sidereis arcibus praescribatur. convenit reverentiae ill· nos implorasse, ut praefatum monasterium sancti ill· autoritatis serie muniamus et omnia ei pertinentia perenni iure ibidem inviolabiliter permanenda confirmemus. propterea flexi precibus tuis per huius praeceptionis paginam statuentes decernimus, ut cuncta loca urbana vel rustica, id est massas casales diversa praedia culta vel inculta colonos vel familias quae praecepto per ill· et ill· et ill· in eodem venerabili monasterio concessa sunt vel etiam per alias munitiones in eodem pio loco advenerint, sicuti omnia praefatum tuum monasterium detinuit temporibus sanctae recordationis ill· atque ill· praedecessoris nostri, ex nunc cum magna securitate quietus debeas possidere et per te etiam venerabili tuo monasterio vel successoribus tuis abbatibus sit facultas possidendi ac tenendi atque iurisdictione in perpetuum fruentes defendant et in utilitatibus eiusdem pii loci perenniter proficiant. pro quo et sub divini iudicii obtestatione promulgantes decernimus, ut nullo modo cuiquam publicae actionis virorum vel etiam cuiuscumque sit dignitatis magnae vel parvae personae quamlibet liceat habere ditionem in dicto monasterio, massis fundis casalibus praediis cultis vel incultis vel aliis possessionibus, colonis etiam et familiis vel diversis rebus, ubicumque detinere videmini, nec quispiam horum ex eodem pio loco auferre aut diripere praesumat neque ullam laesionem aut

12 munitiones *B*, monitiones *GHR* 18 atque *B*, ut *GHR* 20 et *om.* *GHR* 23—24 quamlibet l. h. ditionem *B*, cuilibet l. h. iurisdictionem *GHR*

contrarietatem malam in ipso beati ill· monasterio atque omnibus superius annexis ei pertinentibus per quodvis ingenium aut argumentum inferre audeat, potius autem iure perpetuo in eodem venerabili monasterio, ut superius affatum est, proficiat et in potestate atque ditione religiositati tuae vel omnibus successoribus tuis abbatibus perenniter permaneat disponendi atque possidendi licentia. si quis autem temerario ausu contra huius nostrae apostolicae praeceptionis seriem pie a nobis promulgatam venire vel agere tentaverit, sciat se domini nostri et apostolorum principis Petri anathematis vinculo innodatum et cum diabolo et eius atrocissimis pompis atque cum Iuda traditore domini dei et salvatoris nostri Iesu Christi in aeternum ignem concremandum simulque in chaos demersus cum impiis deficiat; qui vero intuitu pietatis custodes et obedientes atque observantes huius nostrae salutiferae praeceptionis extiterint, benedictionis gratiam et caelestis retributionis aeterna gaudia a iusto iudice domino deo nostro consequi mereantur.

CII.

PRIVILEGIVM QVANDO LOCA QVAE ABLATA SVNT A MONASTERIO IN VSV PRISTINO RESTITVVNTVR.

Divinae praeceptionis monent cunctos eloquia, ut quoties res aliena contra rationis ordinem a quoquam de-

2 superius *om.* *GHR* 2—3 per quodvis ingenium aut argumentum *B*, pro quovis ingenio aut argumento *GHR* 14 ignem *B*, igne *GHR* 18 nostro *om.* *H*.

CII: C. CVI. — Garn. VII. tit. 23. — Holst. CIX. — Roz. CII.

20 oblata H^2 a G^1B, suo H^1, in G^2H^2R 21 usu pristino H^1B, usus pristinos GH^2R

tinetur, aequitate debeat imminente restitui. constat siquidem fundum ill· in loco ill· constitutum qui dudum a tuo monasterio detinebatur, ab ill· et ill· fuisse illicite invasum et usque hactenus detentum. nunc igitur, quoniam supernae pietatis gratia suffragante praedictum monasterium tuum nos, sicut ex antiquitus fuit, denuo confirmamus, statuimus ut hoc quod suum est, debeat sine cunctatione recipere. ea de re huius privilegii autoritate confirmantes antedictum locum in praefato monasterio constituimus, quatenus ad ius eiusdem monasterii de quo ablatum fuerat revertatur et in ipsius dominio sine ambiguitate permaneat. statuentes et cetera.

CIIII.
SECVRITAS.

Iustitiae consentaneum esse dinoscitur, ut ea quae ecclesiasticis utilitatibus fideliter serviunt, perfecta debeant securitate muniri, quatenus nullam in posterum a quoquam patiantur iacturam. et quoniam patrimonium ill·, iuris sanctae Romanae cui deo auctore deservimus ecclesiae, curae tuae commissum, cuius exactionem per nostrum dispositum fecisse dinosceris, praesenti ill· indictione de nuntiatica vel de aliis accedentibus causis praedictae ill· indictionis, pro qua tradidisti nobis de suprascripto

5—6 praedictum monasterium tuum nos *GHR*, praedicto monasterio tuo a nobis *B* 6 statuimus *om. B.*

CIIII: C. CVII. — Holst. LXXXIX. - Garn. VI. tit. 19. — Roz. CIII.

14 ea quae *HB*, ii qui *GR* 19 commissum *H*, commissum est *GR*, commisimus *B* 21—22 de nuntiatica — indictionis *om. R* 21 accedentibus *H*, accidentibus *G* praedictae ill· indictionis *H*, praedicta ill· indictione *G* 22 qua *H*, quo *GBR*

patrimonio in auro scilicet solidos x, boves numero paria x, caballos x, vaccas x, porcos iuxta accepturi tui tenorem, de quibus inlatis nobisque praesentatis hac te heredesque tuos plenaria securitate duximus muniendum. quam illi notario et scriniario sedis nostrae scribendam praecepimus cuique manu nostra subscripsimus, sub die illo, imperante domino filioque nostro tali a deo coronato magno imperatore anno tali, indictione illa.

CIV.

SECVRITAS.

Constat nos magnitudini vestrae commisisse actionarica de diversas portas huius Romanae urbis ad peragendum in fide dominicale de hac transacta indictione, cuius exactionis fecisse dinosceris fideliter. quodcunque exinde abstollere exigereque valuistis, sine ulla fraude praesentare atque adsignare in integro visi estis, et in omnibus a vobis completi sumus de eadem actionarica nihilque apud vos remansisse manifestum est, dum omnia puriter fideliterque cum omni integritate manifestum est vos praesentasse. statuentes apostolica censura auctoritate

---

2 paria *HB*, pari *GR* 3 de quibus — indictione illa *om. G* nobisque *HR*, atque nobis *B* 3—4 hac ... plenaria securitate *HR*, hanc ... plenariam securitatem *B* 5 scribendam *HR*, scribere *B* 7 imperante *B*, imperatore *HR*.

CIV: C. CVIII. — Holst. XC. — Garn. VI. tit. 20. — Roz. CIV.

10 nos *om. G*[1] *hic et infra* actionarica *HB*, actionaria *GR* 11 de diversas portas *B*, de diversis portis *GR*, per diversas partes *H* 12 in *GBR*, *om. H* 13 exactionis *H*, exactione *GR*, exactionem *B* 14 valuistis *GBR*, valuisti *H* 19 censura *HB*, censura et *GR*

beati Petri principis apostolorum, ut nullus unquam, scilicet magna parvaque persona praesumat quoquo modo vos heredesque vestros pro eadem actionarica molestare aut quamlibet requisitionis controversiam vobis vestrisque heredibus inferre. unde amplissima vestra heredumque vestrorum cautela plenaria securitate duximus muniendam. quam ill· notario et scriniario sedis nostrae scribendam· praecepimus cuique manu nostra subscripsimus et vobis contradidimus, sub die idus septembris, imperante domino filioque . . .

CV.
EPISTOLA AD EPISCOPVM ADHORTANDVM.

Miramur nimis fraternitatis tuae reverentiam, quod immemor pollicitationis quam temporibus consecrationis tuae beato Petro apostolorum principi praebuisti, huic apostolicae sedi post biennium adfuturum, ut tuo te pontifici praesentares; ecce quot elapsa sunt tempora et minime advenisti. sed in praesenti moneo reverentiam tuam, mox ut susceperis praeceptionis nostrae literas, absque aliqua excusatione celerius apud nos coniungas. quod si distu-

2 scilicet *HB*, sit licet *GR* 5—6 vestra heredumque vestrorum *H*, vestra heredibusque vestris *B*, vobis heredibusque vestris *GR* 6 plenaria securitate *H*, plenariam securitatem *BGR* 7 scriniario] nostro *add. H* 8 praecepimus *HB*, praecipimus *GR* 9 contradidimus *HGB*, tradidimus *R* sub d. i. septembris *HB*, sub die ill· *G*, die illo *R* imperante *GBR*, imperatore *H*.

CV: C. CIX. — Holst. LXI. — Garn. III. tit. 16. — Roz. CV.

11 adhortandum *HG*[1]*B*, exhortandum *G*[2]*R* 12 miratur *G*[1] 14 huic *GBR*, suae *H* 15 ut *HGR*, et *B* 16 praesentares *H*, praesentasses *GBR* elapsa *HB*, lapsa *GR* 17 moneo *om. H* 17—18 mox ut *H*, ut mox *GBR* 19 coniungas *H*, convenias *GBR*

leris superbiae fastu elatus, scias te ex auctoritate domini mei summi apostolorum principis beati Petri a missarum solemniis esse suspensum quoadusque tuam nobis praesentiam exhibeas.

CVI.

EPISTOLA CONSOLATORIA.

Apostolico sermone sumentes principium clamamus: *quis infirmatur et ego non infirmor?* alio etiam instruit loco: *si unum membrum patitur, compatiuntur et caetera membrana.* nam ipsi nos tuis condolentes doloribus continua quasi valetudine laboramus. quod quia opportunitas sit, veluti praesentes caritatis fervore sanctitatem alloquimur tuam et stilo exarante illud ad animum apostolicae consolationis reducimus quo consolatur moerentes: *omne gaudium existimate, fratres, cum in tentationibus variis incideritis.* ipsa quoque veritas docet: *beati eritis, cum vos oderint homines et persecuti fuerint atque dixerint adversum vos omne malum,* et reliqua. pro quo pollicetur mercedem eis reconditam esse copiosam in caelis. quia vero in saeculo exercitium tribulationis est et ut aequanimiter toleres eventus, tuam unanimem caritatem ammonemus, ne iste tibi casus aliquam ingerat pusillanimitatem. labor enim

---

1 ex *om. R* 2 principis *om. H.*

CVI: C. CX. — Holst. LXII. — Garn. III. tit. 17. — Roz. CVI.

6 apostolico sermone *H*, apostolici sermonis *GBR* 7 instruit *HB*, inquit *GR* 10 sit *H*, est *BGR* 14 tentationibus variis *HB*, tentationes varias *GR* 19 tribulationis *HB*, tribulatio *GR* et ut *H*, ut *GBR*

est per quem fructum te credimus spiritalem accipere a Christo. illud namque recole dictum prophetae canentis: *euntes ibant et flebant mittentes semina sua, venientes autem venient in exultatione portantes manipulos suos.* his denique praelibatis, consolare, sancte frater, et esto robustus. illius enim praesidio te confidimus ad propriam redire sedem, pro cuius amore tantam peregrinationis contumeliam sustines. nam nostra indesinens apud Christum est deprecatio, ut ipse, compressa insania saevientium, ad propriam te convocet sedem. laborare nisibus totis non quiescimus, ut modis quibus potuerimus eius auxilio fulti te tuae reducamus sedi, et in aliquo non haesites nec te superflua imprimat tristitia. votis enim nostris Christum dominum nostrum favere cito confidimus atque credimus, quod eo miserante laetus concessam recipias ad regendum ecclesiam, ut laeta iam mente Christo feramus laudes.

CVII.

EPISTOLA VOCATORIA.

. . . .

1 quem *HGR*, quod *B* accipere *H*, recipere *GBR* 8 indesinens apud Christum *H*, a. Chr. indesinens *GBR* 10 convocet *HB*, revocet *GR* 12 in *om. R* 13 imprimat *H*, opprimat *GBR*.

CVII: C. CXI. — Holst. LXIII. — Garn. III. tit. 2. — Roz. CVII.

17 vocatoria *GBR*, evocatoria *H*. *v. quae de fine codicis C et de formula ab editoribus evulgata in praefatione dixi.*

INDEX GRAMMATICAE, ELOCUTIONIS, RERUM.

Indicem qui infra sequitur composui in usum et eorum qui philologicis et qui historicis studiis se dederunt. Itaque non solum ea recepi verba constructionesve, quae ex grammatica aliqua ratione commemoratione digna videbantur esse, sed eorum quoque rationem habui locorum, quibus termini quos dicimus technici inveniuntur. Interesse enim constat quam maxime historicorum, ut perspicere possint, quatenus certus eorum usus tribus deinceps saeculis sit servatus. Bibliae sacrae loci citati sunt secundum editionem Tischendorfianam. H.

---

29 10. locum — non ad requiem sed ad laborem — suscepisse 36 8. ad sacerdotalis officii honorem accepisse 39 16. ad gloriam — susceptum sacerdotale adornare — officium *ib.* 17. cui basilicę ad luminaria vel ad alimonias ibidem servientibus offero ill· et ill· 9 16. ad vestram ędificationem 106 4. *sim. ib.* 13. ad aliquantulam — remunerationem — donamus — puerum 86 8. *sim. ib.* 16. ad hoc regiminis cura suscepimus 126 2. ad hoc pastoralis regiminis curam adgreditur, ut 85 13. ad desiderium aeterna vita docente suspirent, tuo viventes exemplo perveniant; — ad ea semper quae nullo fine clauduntur desiderantes anhelent 36 12 *sqq.* — ad *cum verbo impediendi coniunctum:* quia caritatem tuam ad devotionis occursum perhibes impeditam 32 8. ut nihil quod ad peragende quae tibi iniunta sunt in aliquod valeant impedire 43 5. nullaque — ad dandam annue pensionem — mora proveniat 125 4. — ad cuius vicem fundum — concedere vellit 24 10. *cf. ib.* 16, 27 6. si ad corporis habitum mentis quoque tuę bona concordent 40 3. queque ad stabilitatem christiane religionis et rectitudinem catholicae fidei congruunt 95 6. — ad omnia quae superius professa sunt relegens consentiensque 74 9. *sim.* 78 16. — ad paululum 55 13. ad haec vero suscipio — definitionem (*i. q.* praeterea) 73 4. *sim.* 108 16, 109 8. cum omnibus ad eisdem venerabilibus locis pertinentibus urbanis vel rusticis prediis 116 13 (*ad locum explicandum cf. exempla sub attractione congesta*).

adepta — dignitate 39 5.

adeque 52 11, 56 6, 95 24.

adesse: huic apostolicae sedi post biennium adfuturum 138 15.

adfixum teneri 52 7, 88 23.

adgredi: nam ad hoc pastoralis regiminis curam adgreditur 85 13.

adhibere: in his — studium adhibe 36 16.

adiacere: cum adiacentibus parrochiis 4 4.

adimplere — desiderium meum 14 20. ut ea quae pietas flagitat, fragilitas humane condicionis — de sui auctoris suffragatione adimpleat 84 2. officium pietatis a. 104 16.

adiectivum pro genetivo substantivi: fraterne congregationi 81 11.

adiutorium 91 5, 93 2.

administrare: de proprio egentibus elemosinam a. 63 16.

admittere aliquam novitatem 92 14. amittendo *pro* adm. 102 19.

adnectere: loca quae a nobis in uno conglobata atque adnexa sunt 131 20. in — monasterio atque omnibus superius annexis ei pertinentibus 135 2. — a. *i. q.* addere: secundum Constantinopolitanum — concilium — quod symbolo deesse putabatur exposuit et — deum esse spiritum sanctum annexit 96 3. — adnexum teneri: facta primitus donatione quae petitorio tenetur adnexa 15 6.

— prefata — loca posita in loco ill· nimia egestate repertos — committimus —, adunantes ei et monasterium, cum quo — consociantes 116 4 *et saepius.* — *varia:* provolutus apostolatus vestri meritum et obtestor —, ut 21 7. *cf.* 84 7. — pupillis nutrientibus 128 17 (*aut pro* p. nutriendis *aut pro* pupillos nutrientibus). — de — restituta plenius Romani imperii prisca ditione letitiam cordis impertiat (*pro* restituenda) 54 9. — dum creditor rationes nobiscum positurus advenerit 36 5 (*sed vid. s. infinitivo*). qui — observatur et — exstiterit custodiens 113 19. *sim.* 135 16. fuerant degentes 131 13.

particularum usus: ac: aggregatam esse constituimus ac unitam 8 21. predicare tenere ac defendere 95 11. *et sim. cf. etiam* 73 6, 9, 109 10, 13. — et *pro* etiam *saepissime, ut* 101 2, 116 11, 12 *etc.* — et *saepe membrum tertium adiungit, velut* inconfuse, inseparabiliter et indivise 98 8. — quoque, etiam: ad haec quoque profitemur etiam cuncta decreta 108 16. *cf.* 95 24. pro eius — nominis honore etiam et laude atque gloria 117 14. — que, quae: ut neque ullus — presumat quispiam alius — vel etiam magna parvaque persona 112 11. *cf.* 113 9, 118 10, 13, 125 11, 138 2, (*at* vel 129 6). ut deo — sitque acceptabile nobisquae dignum — 117 16. — *abundanter adiunctum:* tam — quamque 28 19. *cf.* 91 6, 122 12. — sed, verum, vero: sed et 20 15, 70 18, 71 13, 101 14. non solum — verum et 58 14. n. s. — verum 69 5. beati Petri, cuius meritis impares dignatione vero divina vices gerimus 127 2, (*at* tamen 129 2. *ceteris locis* licet — tamen. *vid. s.* impar). — vel *pro* et 64 5, 68 6, 76 12, 133 12, 134 17, *etc.* — vel *pro* ve: agere facerevel 79 20, 81 9. — ve = que: ut nullus dissideret, nullus abesset, nullusve se subtraheret 52 2, 88 18. — seu = et 6 17, 70 1, 131 15 *et saepius.* — namque *secundo loco* 29 9, 103 19, 140 2. — etenim: sic etenim 40 2. — igitur *initio enuntiati:* 29 13, 67 14, 86 8. i. quia 23 6, 60 4, 62 11, 111 13, 118 2, 119 10, 120 8, 122 1, 124 11. i. cum 85 7. — quia igitur 114 9. nunc igitur, quoniam 136 4. — itaque *semper secundo loco positum, primo* 44 6. — ideo: et ideo 5 2, 10, 8 2, 10 13, 11 7, 12 5, 17 6, 18 2, 22 4, 16, 66 5, 76 1 *et saepius.* et ideo quoniam 122 11. ideoque 8 19, 14 16, 18 9, 19 3. atque ideo 16 4. — idcirco: et i. 66 3. ergo quia —: idcirco 21 6. dum —: idcirco 123 10. — *in membris copulandis vel disiungendis particulae promiscue adhibentur:* presbiteri, diaconi et — clerus, axiomatici etiam seu exercitus et populus 50 11 *sq.* ac — et — atque — et — seu — et 88 8 *sqq.* et — seu 90 4, 93 19. ac — seu 116 16. vel — vel — et 113 3. vel — aut 120 4. aut — seu 65 6, 8. aut — vel 81 12. seu — vel 80 3. seu — sive 102

Aus den Mittheilungen des Instituts für österreich. Geschichtsforschung
X. S. 468.

Zu meiner Edition des Diurnus. Als diese ausgegeben werden sollte, war es mir nicht möglich, den Druck behufs Berichtigung etwa untergelaufener Fehler nochmals mit der Vaticanischen Handschrift vergleichen zu lassen. Ich habe dies bei erster Gelegenheit nachgeholt. Herr M. Tangl hat sich der Mühe der Collation unterzogen, und ich selbst habe dann die von ihm beanständeten Stellen nachgeprüft. Daraufhin gebe ich folgenden Nachtrag zu den früher zusammengestellten Corrigenda:

1. Verbesserungen zu dem Text S. 1—131.

S. 8 15	statt	*reliquie*	lies	*reliquię*
S. 26 17	„	*cartulis*	„	*chartulis*
S. 29 18	„	*ill·*	„	*illi*
S. 31 16	„	*imbecillitate*	„	*inbecillitate*
S. 42 15	„	*indictione iubemus te*	„	*iubemus te indictione*
S. 54 13	„	*exoptate*	„	*et optate*
S. 63 5	„	*facies*	„	*facias*
S. 73 12	„	*et damnaverunt*	„	*atque damnaverunt*
S. 98 10	„	*Dioscurus*	„	*Dioscorus*
S. 108 17	„	*pon[tifi]c[um]*	„	*pon[ti]fic[um]*

2. Verbesserungen zu den Noten:

Zu S. 26 15 *auctoritoritate V.* Zu S. 49 8 *con- ‖ conservando V.*
Zu S. 70 9 *illam] ll in rasura V.*

3. Der Angabe von Verbesserungen zu S. 132 1—9 muss ich vorausschicken, dass vor etwa zwei Jahren der Einband der Handschrift reparirt und dabei das von f. 103 erübrigende Bruchstück geglättet worden ist, wodurch die auf dem am meisten beschädigten Rande stehenden Schriftreste etwas mehr als früher der Fall war sichtbar geworden sind. Das gab Herrn J. Giorgi Anlass, in seiner vortrefflichen Abhandlung *Storia esterna del codice Vaticano del Diurnus (Archivio della R. Società Rom. XI.)* S. 23 eine von der meinigen abweichende Entzifferung vorzuschlagen. Nach wiederholter Prüfung des Fragments stimme ich jetzt in drei Fällen Giorgi bei, weiche aber in drei andern von ihm ab. Ohne verhehlen zu wollen, dass nicht überall volle Sicherheit zu erzielen ist, verzeichne ich unter Angabe der Schriftzeilen des Blattfragmentes, was wohl anders als in meiner Ausgabe zu lesen ist, nämlich f. 103 2 *salvatori*, ib. 11 *que h*, f. 103' 5 *[pr]out* (dass dann *s* folge, vermag ich nicht zuzugeben), ib. 9 *tur ven.*

Rom, April 1889. Sickel.

...sionis nrae paginam p illum no
tarium scribendam dictauimus.
& in sacro scri... nio scae apostoli
cae sedis. beatitudini uestrae con
tradimus. SUBSCRIPTIO EPI
ill indignus eps scae ecclae ill huic
promissioni sponsioniq; ortho
doxae fidei fideliter a me facta
& omnia relegens quae superius
tenentur consentiens subscrip
si. SUBSCRIPTIO SACERDO
TUM EIUSDEM ECCLESIE
ill talis indignus presbiter scae
ecclae ill huic promissioni sponsio
niq; orthodoxae fidei facta ab ill
sci epi meo ad omnia quae sup
erius p...fessa sunt. relegens con
sentiens ;; subscripsi
...TIO EPI
nno... dni ... ...

ihū xpī imp̄ ereanta · Iuxta cetera salu
bris instituta doctrine quib; me ille ep̄m
dn̄ ille beatissime atq; apostolice pape
ad accipiendum regendumq; episco
patum ecclesie ill' p̄ducere atq; infor
mare dignatus est, hoc me quoq; ammo
nuisse· ut sacerdotium nullo p̄mio
concedi excepto officiis quibus exan
tiqua consuetudine dari solet· quia
dignum est ut quod gratis accepi gra
tis debeam dō iuuante conferre. spon
deo me de ordinationibus clericorū·
ab hostiario usq; ad presbiterum nul
lum proemiū ēē accepturum sed eos
quos di consideratione ad officium
clericatus elegerint. gratis me eos or
dinaturum; Idem profiteor nec de
baptizandis consignandisq; ca
tholicis numquam me aliquod p̄re
[illegible]ium in qualibet re uel specie p[illegible]
[illegible]uq;